
ALPHABETVM
NATVRÆ
1667.

ALPHABETI

verè Naturalis

HEBRAICI

BREVISSIMA

DELINEATIO.

Quæ ſimul

Methodum ſuppeditat, juxta quam qui ſurdi nati ſunt ſic informari poſſunt, ut non alios ſaltem loquentes intelligant, ſed & ipſi ad ſermonis uſum perveniant.

In lucem edita

à

F. M. B. ab Helmont.

SULZBACI,

Typis Abrahami Lichtenthaleri.

ANNO M. DC. LXVII.

SI quis Naturæ ſtudeat cognoſcere linguam
Scriptum hoc ductorem noverit eſſe ſib
Híc Linguæ motus proprio ſub nomine ſurgu
Atq; manûs ductum dirigit Oris opus.
Præcipiti ſi menti ruis, ne volve, quod exta
Nec celeri celeres perde labore notas.
Os videas, Linguamq; notans, conamina ſpe
Tardius, & totum ſponte patebit opus.
Muſica non primo capitur dulciſsima raptu,
Si ſcandas gradibus mox tibi carmen er
Sic his in ſtudiis producit Littera verbum,
Hoc ſenſum, hinc vivo ſermo colore venit
Sic poterit Scriptura legi, ſic norma ſciendi
Natura hæc CLARO nos jubet ORE lo

Sereniſsimo Principi & Domino, Domino

CHRISTIANO AUGUSTO,

Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Comiti Veldentiæ, Sponhemii, Marcæ Ravenspergi & Mœrſæ, Domino in Ravenſtein &c.

PRINCIPI ET DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

Sereniſsime Princeps Domine Clementiſsime.

Serenitas Veſtra mirari poterit, quod ego libellum iſtum non circa rariores geſtorum publicorum materias, vel arcana quædam atque ſublimia conſilia politica occupatum, ſed diſcurſus tantùm aliquos Philologicos de contemtâ quâ-

dam vulgò Lingua, & quod minus, eſt viliſſima ſaltem ejus parte Orthographica continentem, non verear dedicando Eidem conſecrare; cum tamen, ſi Sereniſſimum Illius nomen tractatui cuidam præfigere mihi fuiſſet animus, qui à curis tam ſublimibus, quibus Seren.as V.a ſummo cum fructu indeſinenter occupatur, non penitùs abhorreret, opere longè majori atq; nobiliori mihi foret opus.

At verò quia latere me non poteſt, inter præclaras illas tantoque Principe verè dignas Virtutes, quibus Seren.as V.a, adcurante favore divino, eſt prædita, non minimam quoq; eſſe hanc, quod Illi majoribus negotiis defatigatæ non ulla carior ſit voluptas atque recreatio alia, quam ſcrutari ſcripturas divinas earumque in lingua originaria uberrimos fontes: & deinceps totum hoc quantulumcunque eſt opuſculum non tantum in celeberrima V.æ Seren.is Reſiden-

ſidentia enatum eſt atq; elaboratum, ſed & ibidem prælo ſubjectum in lucem editur:

Non potui non ad illam erigi fiduciam, fore, ut Seren.as V.a ne ſperneret illud quod aſpectu quidem vile, in receſſu tamen, ut ſpes eſt, non omni penitùs nervo deſtitutum erit; ſed tanquam certiſſimum quoddam de meâ erga Seren.em V.am fide atq; obſervantia teſtimonium ſuſciperet: atq; pariter perpendere dignaretur Propoſitum illud, de quo tota latiùs & prolixiùs agit Præfatio; an ſcilicet tam laudabilis aliqua ſocietas, ſi illa tanto cum emolumento poſſet inſtitui, quantum inde ſperari poteſt, non digna ſit admodum, cujus curam aliquis in tempore in ſe admitteret: & annon Ille immortalem omninò laudem gloriamq; immarceſcibilem eſſet conſecuturus, qui rude illud atq; recens demùm natum conſilium, quod tanquam nudus infantulus in publicum ibidem eſt expoſitum, fa-

venti brachio de terra ſuſciperet, e
demq; vel prono tantum conſilio, v
multò nobiliori operâ de benefi
quadam tutela proſpiceret.

Prout autem totum illud ferve
tiſſimo Seren.tis V.æ ad promove
dum Bonum Zelo, præ omnibus a
à me exhibetur, Illiusq; liberæ atq;
bitrariæ diſpoſitioni penitùs tradi
atque relinquitur: ita Seren.em V.
protectioni divinæ animitùs co
mendo, cumq; debito feliciſſimi re
minis, omnisq; exoptatæ atq; per
tuæ proſperitatis voto ad mort
usq; permaneo

Serenitatis Veſtræ

Obſequentiſſimus

F. M. B. ab Helm

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

HUmanarum ſocietatum, Lector Benevole, tres potiſſimum inveniuntur ſpecies, quas præ cæteris honeſtas, utiles atq; jucundas appellare licet: prima earum atq; infima circa communiora præcipuè verſatur hujus vitæ negotia, eorumq́; ſtatum potiſſimum externum concernit: ſecunda atq; ſumma, Animæ humanæ curam ſibi proponit, de ejusque ſumma felicitate ſolicita eſt; Tertia atq; media circa literarum ac artium ſtudia occupatur, & eorum uberiorem quærit fructum atque progreſſum. Omnium atque ſingularum hic finis eſt proximus, ut quod uni nimium eſt, commodiùs à pluribus efficiatur; ſive id homines divina quadam inſpiratione inſtigati primitùs inſtituerint; ſive hæc ſuaſerit communis utilitas; ſive à brutis prima Mortalibus data ſit anſa, velut Apibus, Formicis, Locuſtis, aliisque ſimilibus naturali quadam ſocietate con-

junctis. Iſta ſocietatum genera accuratiori aliquantum conſideratione non ſunt indigna, natura hominum enim, quæ ſibi relicta tardior quandoq; eſt ad majora, per talia non rarò egregiè commoveri, adq; virtutem ſtimulari ſolet.

Prima igitur enarratarum ſocietatum ſpecies, quæ Politica dici poteſt, commodè rurſus in privatam dividitur atque Publicam, quarum illa, quæ Oeconomica eſt propriè loquendo, vel Maritalis eſt, vel Dominica vel Paterna, prout hæc iis, qui vel primoribus digitis tetigerunt Politicorum Scripta, ſatis nota ſunt: Hæc verò vel univerſalis eſt atque totius Reipublicæ, cùm Reges ac Principes, Statusve vel Populi quidam, Fœderibus conſociati, conjunctis viribus aliquid aggrediuntur, quod ſoli non auderent, ut olim Salomon & Hiram, hodiè confœderati Belgæ, Urbesque Hanſeaticæ & alii: Vel particularis & quorundam ſaltem Civium, velut cum partim Opifices ad promovenda ordine minora ſua Negotia, partim Mercatores, ad commodiùs tractanda mercimonia majora, Societatibus uniuntur; quales ſunt apud Batavos, quæ ab India Orientali atque Occi-

den

dentali , à Grônlandia , Moſcovia , Mari Balthico , Hiſpania , Freto Herculeo , aliisque locis communiter denominantur ; In Gallia præter minores alias nuper inſtituta pariter Indica , alibi aliæ : & in locis, ubi Metalla effodiuntur, ſodalitia ſodinarum.

Altera ſocietatum ſpecies , quam Religioſam appellare licet , antiquiſſima etiam eſt , atque diu ante CHRISTI *Salvatoris nativitatem in uſu fuit. Quid enim tam variæ illæ Græcorum Barbaricorumque Philoſophorum Sectæ fuerunt aliud , quàm Societates de curanda felicitate animæ hominis ; prout hoc Exempla Brachmanum apud Indos , Magorum apud Perſas , Gymnoſophiſtarum apud Ægyptios , Druydarum apud Gallos , apud Græcos Pythagoræorum, Academicorum , Peripateticorum , Stoicorum , Epicuræorum , Cynicorum aliorumq; abundè teſtantur ? Quid aliud temporibus Antiochi Epiphanis denotabat Chaſidæorum nomen , quam tales , qui ſumma voluntate atq; ſtudio in Legem ejusq; conſervationem atque propagationem erant propenſi , ad Animæ ſuæ ſalutem ? Quos*

deinde ſequebantur Sectæ Phariſæorum, Sad-ducæorum & Eſſæorum inq; Ægypto eorum qui ſe Therapeutas appellabant. Si verò ex-empla quærimus huic ſocietatum ſpeciei ejuſ-que nomini magis congrua, certè religioſi atque ſanctior non occurrit quàm ſanctiſſimo-rum Apoſtolorum, & ſeptuaginta Diſcipulo-rum Chriſti, ad quorum imitationem po-modum varii in Eccleſia Chriſtiana ex-ſunt ordines, quorum omnium ſcopus atque-nis eſt ſalus Animæ, quiq; maximam par-adhuc hodie nullibi ferè non florent. Atq; præter ſacra antiquorum Romanorum ſ-litia, meritò opponi poteſt impia illa co-ſocietas, qui ante annos haud ita multos, n-ria illa conjuratione de propaganda doct-Atheiſmi ſeſe conjunxerant, è quorum nu-& Julius Cæſar Vanninus extitit.

Iſtis duabus autem celebriorum ſociet-ſpeciebus omiſſis jam ad tertiam perger-eſt, quæ magis accedit ad noſtrum in hac-ſatione propoſitum, & ab Eruditione n-ſortiri poſſet. Poſtquam enim per DEI *-tiam Artium liberalium optimarumq; -tiarum cultura etiam in locis iſtis Occi-libus ac Septentrionalibus florere cœpit-deſuerunt hinc inde cultiora ingenia, q-*

cietatibus conjuncta, porrectis quaſi manibus ad id unum contenderunt, ut aperta ſemel ſtudiis janua ne clauderetur iterum, ſed potiùs, remotis magis magisque obſtaculis, latiùs pateret. Horum igitur una pars Naturam ſibi propoſuit perveſtigandam, prout exempli loco nobis eſt Societas Regia Anglicana, cujus disquiſitiones atque experimenta, quamvis nondum ubivis divulgentur, atque præter ea, quæ Digbæus & Boylius haud infimi in illa ſubſellii Viri in lucem ediderunt, rarius in publicum prodeant, non exiguam tamen aliquando præſtabunt utilitatem Univerſæ Reipublicæ literariæ. Atque huc deinde & illa pertinet Germanorum quorundam ſocietas, qui ſeſe Curioſos cognominant, à quibus itidem elegantiſſima dies jam vidit ſpecimina in Ampelographia, Gammarologia, Tractatu de Scorzonera & forte aliis. Præter hos & aliorum quorundam occurrit ſpecies, qui iſtum ſibi propoſuere ſcopum, ut linguam ſuam excolerent vernaculam, inq; ea varias ſcientias arteſq; optimas in eorum gratiam, qui linguas exoticas ignorant; publicæ luci exponerent; quales ſunt apud Gallos atque Italos Academici, apud Germanos Societas Fructifera; Sodalitium Germanorum animorum,

Ordo Cygnorum Albinorum & fortè lii.

Si igitur omnes iſtæ jam enumeratæ cietates non tantùm laude admodum gnæ, ſed & utiles præter modum & p ficuæ ſunt, fieri non poteſt, quin & l dabile atq́ utile præ cæteris eſſet tale qu dam ſodalitium, quod circa culturam L guarum Sacrarum, præcipuè autem H braicæ occuparetur, ejusque curam in p blicam totius Chriſtianæ Gentis utilitat in ſe ſuſciperet; quod procul dubio factu n adeò eſſet difficile. Atque hæc mihi c talia nunc occupato ulteriùs præfandi e materia, ſi fortè Clariſsimi atque Digniſsi horum ſtudiorum Cultores hoc modo qu dantenus excitari poſſent, ut ad promove dam ulterius DEI gloriam ſocietate init conjunctis atq́ communicatis viribus tale qu efficerent, quod uni, propter nimiam human rum facultatum imbecillitatem, alias non f ret poſsibile.

Et ut ab Honeſto confirmationis meæ c piam initium, notum omnibus eſſe ſcio, qu non tantùm ſocietates, ſodalitia, fœdera, uni nes & ſimilia generatim omnia, ſed & omn

omn

omninò hominum actiones atq́; ocupationes ex eo ſaltem aliis præſtare dicantur, ſi objectum præ cæteris habeant honeſtius atq; nobilius: Ex *hac enim ratione Aurifices* Figulis, *&* Sodali*tia religioſa profanis non immeritò præferuntur.* Cum *autem jam de præſtantia nobiliſſimi* Societatis *hujus* Objecti , Linguæq; Hebraicæ *dignitate incomparabili mihi ſermo eſt inſtituendus; jam verba mihi deficere, linguamq́; meam cum reliquis omnibus coràm iſta omnium* Linguarum Regina *obmuteſcere, atq; ſuam in hoc dicendi genere impotentiam publicè manifeſtare perſentiſco.* Non *enim merè humana eſt hæc lingua, ſed quod nulli quotquot unquam in* Orbe *fuerunt alii contingit, divina ſimul atq́; cœleſtis, idque non ſaltem* Originis , *ſed &* Culturæ *uſusque ratione.* Sapientiſſimus *quippe totius hujus* Univerſi Conditor *non tantùm in primæva* Creatione *primo ſtatim* Homini *eandem implantavit atq; concreavit, ſed poſtmodum etiam ſubſervientibus non fideliſſimorum ſaltem* Miniſtrorum, *ſed aſſumtis propriis quoq;* Organis *atq;* Digitis, *non ſemel eá benigniſſimè uſus eſt.* Atque *hoc ipſo clarè ſatis omnibus in univerſum* Hominibus *manifeſtavit, quanti ipſe eandem ubiq́; velit æſtimari.*

Quod

Quod Carolus Magnus Imperator Germanicè eſt locutus, magno ſibi honori ducunt Germanorum Nationes, eoque ipſo contra Gallorum Gentem firmiter probare contendunt, quod ſummum illud Imperii decus pro Patria Germaniam habuerit, primumque illum inter omnes Honorem à Græcis ad iſtius non autem Galliæ Populum transtulerit. Si igitur glorioſum hoc eſt linguæ Germanicæ, quod prolata ſit à ſummo illo atque glorioſiſsimo Monarcha; quantò magis ex eo augebitur Hebraicæ linguæ gloria atq; dignitas, quod ab ipſo DEO, qui omnium Dominorum atque Regum Dominus eſt adhibita non uno modo ſit. Cum hac nempe non ita ſe res habet, velut de lingua ſtyloq; Platonis quidam ait: Jovem ipſum, ſi de cœlo deſcenderet, non aliter nec meliùs illo Philoſopho locuturum eſſe; Sed hic revera ſic factum eſt, ut omnium Deorum Deus, quandocunque de cœlo deſcendiſſe dicitur, non alia quam Hebræorum lingua locutus ſit. Si igitur plerunque Aulici maximi æſtimant illam linguam, qua vel Rex ipſe vel Regina utuntur, adeò ut & ipſi eandem omnibus modis excolant, ſperantes ſe propterea, majorem promerituros eſſe Gratiam, & ad altiores dignitatum gradus aſcendere poſſe,

prout

prout in Aula Polonica Gallorum, inq; Imperatoria atque Gallica Hiſpanorum linguam æſtimari notum eſt; quanti Hebraica lingua, quâ communiſſimè maximus ille omnium Monarcharum Imperator eſt uſus, æſtimanda erit ab iis omnibus, qui in ſanctiſſima ejus Aula ad perpetuam illius gratiam atque ſummos honores aſpirant? Præcipuè cum illa non ejusdem generis cum Gallica atque Hiſpanica aliisque recentioribus aliunde conſarcinatis atque confuſis, ſed Mater & Scaturigo reliquarum omnium, adeòque longè antiquior ſit quam Græca, Latina, Germanica & Sclavonica, quæ communiter fundamentales dicuntur, eò quod in ipſa confuſione Babylonica exortæ ſint; & poſtmodum ex varia commixtione multas alias progenuerint. Illa etenim in uſu fuit ſola quamdiu totus Terrarum Orbis unius labii fuiſſe dicitur, usque ad notabilem illam omnium Gentium diſperſionem; & in iſta confuſione illa quoq; ſola fundamentum cæterarum permanſit atque regula. An autem hæc non ſufficiant ad dignitatem illius debitè extollendam omnes illi conſiderent, quibus non deeſt judicium diſcernendi honorem parentibus debitum à liberorum honore; quiq; intelligunt, quantum diſtent puriſſimus quidam & Clariſſi-

viſſimus Fonticulus atque Rivuli alii limo Muſcoque obſiti & ad aquarum usque penuriam paludoſi. Et ne quis exiſtimet ſermonem nobis eſſe de caſſa nuce, merisque Corticibus ſuo Nucleo deſtitutis, certè non datur in tota rerum univerſitate lingua alia, è qua plus Sapientiæ addiſci queat, quam iſta. Quod enim Scaturigo veræ Sapientiæ dicitur Lingua Græca, id verum quidem eſt, ſi illa cum aliis poſteriorum ætatum Linguis conferatur; Sed ſi ad Sanctam iſtam fiat reſpectus, certè hîc Solem habebimus, ejusque Lumen primogenium, ibi verò, ſi luminoſum quid obſervatur, non niſi pallidam reperiemus Lunam, cujus omnis Splendor non aliunde quàm à noſtro Sole derivatur. Hebræi enim non tantùm omnium bonarum Artium fuerunt inventores, quippe à quibus Davide teſte, per Joſephum in Ægypto propagata eſt Sapientia, unde illa poſtmodum in Græciam, & ad alios Populos derivata eſt; ſed verus quoque atque genuinus DEI Cultus, in quo ſolo prima & una Sapientia fundata eſt, primis innotuit Hebræis, & ab iis in alias Gentes emanavit. Et ſi aurea illa V. T. ſcripta reſpiciamus, quid ibi inve-

ne-

niemus aliud, quam profundiſsimam omnium Artium atque Scientiarum Aurifodinam, & Gazophylacium, in quo precioſiſsimæ Gemmæ Philoſophicæ, immenſæ Divitiæ Juris, & quod primarium, omnes Divinæ atque Salvificæ Sapientiæ Theſauri reconduntur? Ut taceam, quod exinde unicum veriſsimæ Chronologiæ lumen affulgeat, ibidem puriſsimum omnium Virtutum atque Vitiorum Speculum pateat, & ex iſto Fonte exactiſsimæ totius Politices & Oeconomices regulæ hauriri queant. Et utinam prolixiùs demonſtrare liceret, quanta admirandi illi Libri ſub ſimplici ſua Litera non Naturæ tantùm, ſed & Morum contineant Myſteria, ut de arcanis Vaticiniorum nihil nunc proferam in medium! Verum de iſtis omnibus Doctiſsimus Vir Henricus Morus in Conjectura ſua Cabbaliſtica tam inſignia edidit Specimina, ut illæ ſine admiratione legi nequeant: & utinam ea per omnes non Moſis tantùm, ſed totius Scripturæ Sacræ libros pari methodo deducerentur; atque iſte labor aliquando annitente tota illa, de qua loquor Societate, cum æterna & immortali nominis ejus gloria ſuſciperetur! Et jam

finire

ſinire poſſem ea, quæ de inſigni hujus linguæ excellentia in medium proferre conſtitui, niſi univerſa omnium rerum Natura aurem quaſi mihi velleret, urgeretque, ut & ſuo nomine teſtarer publicè, quod nulla inter omnes terreni Orbis Populos exculta lingua alia tam exactè cum ipsâ conveniat, atque hæc; & exinde nulla quoq; poßit eſſe digna, quæ huic præferatur. Ut autem hoc demonſtrari queat commodè ad manus nobis eſt Exemplum primi noſtri Parentis Adami, imponentis nomina omnibus à DEO ſibì adductis animantibus. Ille enim jam tum procul dubio in ſeſe deprehenderat ſe internas Intellectus ſui operationes atq; commotiones omnes etiam ſimplicißimas, certa quâdam oris vocisq́; diſpoſitione atque articulatione poſſe exprimere quam exactißimè, de hâc enim illius perfectione adhuc umbra quædam in Hominibus poſt miſerandum illum lapſum eſt reliqua, cujus beneficio illi ſonum, voces, & verba ſua, immutato paululum ſaltem animi ſtatu notanter admodum variare ſolent, quamvis ob nimiam Naturæ ſic conſtitutæ imperfectionem plerumq; ſatis inarticulatè: Umbram autem tantùm reliquam in nobis dixi, quia non omnia interna adeò nobis innoteſcunt, prout ea in ſummâ illâ

ſapien-

ſapientiæ concreatæ exaltatione Adam cognoſcebat, unde etiam aliquas tantùm & non omnes mentis commotiones ſuis ſignis exprimere poſſumus. Deinde neceſſe etiam eſt, Adamum jam tum accuratiùs ſciviſſe, intellectum ſuum intelligendo fieri omnia, atque identificari cum quocunq; objecto ſcibili, unde ſequitur externa omnia in actu intelligendi ipſi facta eſſe quàm præſentiſſima, quippe mente potiùs comprehenſa quàm apprehenſa; cujus etiam reliquiæ adhuc in Homine *ſupereſſe deprehenduntur, cum objecta ad minimum* Idealiter Intellectum *noſtrum ingredi videmus, rudiq́; quaſi delineatione quadam ibidem depingi atq́; adumbrari. Si ergò in actu illo denominationis animalium, ex ipſiſſima quorumvis objectorum natura, intima ſemper naſcebatur in intellectu ejus operatio atq; commotio, quales articulata quadam vocis ſpecificatione ab ipſius ore deſignari potuiſſe ſuperiùs demonſtravi, jam etiam ſequitur linguam ejus, quæ* Hebraica *erat exactiſſimam non animalium tantùm, ſed & omnium* Entium *naturam vocabulis propriis expreſſiſſe & ad vivum delineaſſe.*

J*am prodeat, ſi aliqua invenitur* Linguarum*, de quâ tam mira* Naturæ *ſuæ proprietates,*

finire poſſem ea ,
excellentia in me
univerſa omnium
ſi mihi velleret , u
teſtarer publicè ,
reni Orbis Populo
exactè cum ipsâ co
inde nulla quoq; poſ
feratur. Ut aut
commodè ad manu
noſtri Parentis Adæ
mnibus à DEO ſ
Ille enim jam tum
henderat ſe internas
atq; commotiones o
certa quâdam oris
articulatione poſſe e
mè , de hâc enim ill
bra quædam in Ho
illum lapſum eſt rel
ſonum , voces , & ve
lulum ſaltem animi ,
variare ſolent , quan
ſic conſtitutæ imperf
inarticulatè : Umbr
quam in nobis dixi ,
adeò nobis innoteſcunt

öſſem ea, quæ de inſigni hujus linguæ
ntia in medium proferre conſtitui, niſi
rſa omnium rerum Natura autem qua-
i velleret, urgeretque, ut & ſuo nomine
er publicè, quod nulla inter omnes ter-
Orbis Populos exculta lingua alia tam
e cum ipſá conveniat, atque hæc; & ex-
nulla quoq; poſſit eſſe digna, quæ huic præ-
ur. Ut autem hoc demonſtrari queat
modè ad manus nobis eſt Exemplum primi
t Parentis Adami, imponentis nomina o-
bus à DEO ſibi adductis animantibus.
nim jam tum procul dubio in ſeſe depre-
erat ſe internas Intellectus ſui operationes
commotiones omnes etiam ſimplicißimas,
quádam oris vocisq́; diſpoſitione atque
ulatione poſſe exprimere quam exactißi-
de hác enim illius perfectione adhuc um-
uædam in Hominibus poſt miſerandum
lapſum eſt reliqua, cujus beneficio illi
, voces, & verba ſua, immutato pau-
ſaltem animi ſtatu notanter admodum
e ſolent, quamvis ob nimiam Naturæ
ſtitutæ imperfectionem plerumq; ſatis
ulatè: Umbram autem tantùm reli-
n nobis dixi, quia non omnia interna
bis innoteſcunt, prout ea in ſummâ illâ
ſapien-

ſapientiæ concreatæ exaltatione Adam cognoſcebat, unde etiam aliquas tantùm & non omnes mentis commotiones ſuis ſignis exprimere poſſumus. Deinde neceſſe etiam eſt, Adamum jam tum accuratiùs ſciviſſe, intellectum ſuum intelligendo fieri omnia, atque identificari cum quocunq; objecto ſcibili, unde ſequitur externa omnia in actu intelligendi ipſi facta eſſe quàm præſentißima, quippe mente potiùs comprehenſa quàm apprehenſa; cujus etiam reliquiæ adhuc in Homine ſupereſſe deprehenduntur, cum objecta ad minimum Idealiter Intellectum noſtrum ingredi videmus, rudiq́; quaſi delineatione quadam ibidem depingi atq́; adumbrari. Si ergò in actu illo denominationis animalium, ex ipſiſſima quorumvis objectorum natura, intima ſemper naſcebatur in intellectu ejus operatio atq; commotio, quales articulata quadam vocis ſpecificatione ab ipſius ore deſignari potuiſſe ſuperiùs demonſtravi, jam etiam ſequitur linguam ejus, quæ Hebraica erat exactißimam non animalium tantùm, ſed & omnium Entium naturam vocabulis propriis expreßiſſe & ad vivum delineaſſe.

Jam prodeat, ſi aliqua invenitur Linguarum, de quâ tam mira Naturæ ſuæ proprietates,

tas tanta demonſtra-
at probari! Iam p
qua, quæ circa tam
ctum, utrinq; & Nat.
rum ſimul arcanos per
tè cum aliquando, ſi
ulteriùs inquiret ſoda
lium in præſenti Opuſ
ſed nobiliſſimum editur
nietur in omnibus N
ſiùs vel utiliùs aliquid
omninò, quod Animi
non raro ſublimibus, a
uſu remotioribus delect.
non jam dudum medic
quæſiverint glorioſam
mortalitatem; atq; dolen
variæ ſocietates tam ex
diſtineri voluerint, præt
claro atq; nobili.

Sed in promtu cuivis e
rum multi evidentem ubi
ſecuturam demùm ſpecta
& quoniam illa non in
ſtudiorum limine omnibu
ctum videtur, ut pleriq; ea

...nta demonſtrationis certitudine que-
...obari! Iam prodeat & ſocietas ali-
..., quæ circa tam nobile occupata Obje-
...n, utrinq; & Naturæ ſecreta, & lingua-
... ſimul arcanos perſcrutetur receſſus. Cer-
...cum aliquando, ſi in Fatis eſt, in talia
...eriùs inquiret ſodalitium aliquod, qua-
...m in præſenti Opuſculo exiguum quidem
... nobiliſſimum editur ſpecimen, ubi inve-
...etur in omnibus Nationibus vel glorio-
...s vel utiliùs aliquid? Et ſanè mirum eſt
...ninò, quod Animi Hominum, qui alias
...n raró ſublimibus, atq; à communi rerum
...u remotioribus delectantur occupationibus,
...m jam dudum medio tam extraordinario
...æſiverint glorioſam laborum ſuorum im-
...ortalitatem; atq; dolendum, quod tot tamq;
...riæ ſocietates tam exiguis ſæpiſſimè rebus
...ineri voluerint, prætermiſſo propoſito tam
...ro atq; nobili.

Sed in promtu cuivis eſt cauſa, quod nimi-
...n multi evidentem ubivis utilitatem, quam
...uturam demùm ſpectare malint gloriam:
quoniam illa non in primo ſtatim horum
...liorum limine omnibus occurrit, hinc ſa-
...ut pleriq; eandem vix ullibi dari
puta-

putaverint. Rem ipſam igitur poſtulare vi-
deo, ut ad emolumentum quoq;, primarium
quorundam in laboribus ſuis ſcopum accedam,
aciemq; illius calcaris atq; ſtimuli; quo ſolo
pleriq; ad majora excitantur, pro viribus eli-
mem atq; exacuam. Perpendite igitur quæ-
ſo, laudatiſſimi linguarum cultores, an un-
quam utilius quid tali ſocietate dum Sol ſte-
tit, productum ſit in medium, excepta tamen
ſuprema illa atque ſanctiſſima ſocietatum ſpe-
cie: putatisne ſocietates illas mercatorias,
(his enim vulgò utilitas ferè unicè adſcribi-
tur) negotia ſua unquam tam evidenter pro-
moviſſe, quam hæc noſtra promotura eſſet uti-
liſſima illa veræ ſapientiæ & bonarum litera-
rum commercia? videturne aurum illud,
quod tantis curis atq; impenſis illarum ſodali-
tatum beneficio ex Indiis convehitur compa-
rari poſſe, cum noſtro hoc altero, quod accu-
rante ſocietate hac propoſita tam facilè è mi-
neris ſui erui, multoq; minoribus impenſis ex
Ophire longè viciniori comportari poſſet? Sed
cur non de ſumma omnium & primaria or-
dior utilitate, quæ eſt ſolius DEI gloria.
Ad illam enim promovendam atq; amplifican-
dam, non cuncti ſaltem homines, ſed omnes
obligantur creaturæ? Quænam autem eſt illa
ſocie-

ſocietas, quæ eandem tam firmo unquam quæſiverit propoſito, tamq́; certo aſſecuta ſit fructu, atq́; hanc facturam videmus? Certè in honorem atq́; gloriam Patriæ ſuæ, linguæq́; ſuæ vernaculæ propagationem aliquid inſtituere laude non eſt indignum, nec inutile; nec gloriâ atq́; emolumento deſtituitur illud propoſitum, quod tendit ad culturam illius artis, cui quis præcipuè eſt addictus: ſed primariò in opere quodam reſpicere unicam illam & & ſummam utilitatem, quæ eſt altiſsimi DEI gloria, illud omninò tantum inter cætera omnia eminere manifeſtum eſt, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſsi. Et ut ad rem ipſam aliquanto propiùs accedam, ſub univerſali illo primò ſpecialior hic occurrit uſus, quod totus Chriſtianorum populus per hoc medium ad meliorem & exactiorem ſacratiſsimorum V. T. librorum intellectum quam facillimè pervenire queat. Notum enim eſt apud peritos harum rerum atque in confeſſo, quod in hunc uſq́; diem ne unica quidem translatio inventa ſit, quæ per omnia accuratè cum puriſsimis Hebræi textis fontibus conveniat: nec ſpes eſt ullam inventum iri unquam, quæ illâ virtute, illa vita atque majeſtate illaq́; ſenſus profunditate polleat, quam vivus ille ac potentiſsimus

tiſſimus ſed occultus ſimul DEUS ſuæ linguæ, & præſertim his ſcriptis ſuis propriis ipſe inſeruit atq; implantavit. Unde non incongruè Translator ille: Qui Prophetas, inquit, tam eleganti atq; efficaci ſtylo introducere vellet loquentes in verſione quadam, atq; in ipſo textu iidem ſeſe manifeſtant, ille non abſimilis foret alicui, qui luſciniam cogere vellet, ut dulciſſima vocis ſuavitate depoſita, cuculando imitetur cuculum. Si quis igitur voluntatem atq; arcana DEI non tantum ipſe rectius diſceret, ſed & aliis ad intimiorem eorundem intellectum viàm ſterneret commodam, annon ille de vera utilitate non ſibi tantum, ſed toti Chriſtianorum communitati procurata meritò gloriari poſſet? Præcipuè ſi accurata illa Sacrarum Scripturarum ſcrutatio ſic inſtitueretur, ut quis ſine præconcepta hypotheſi & ſtudio partiũ ubiq; inquireret, an etiam Librarii illi, quibus DEUS ſua concredidit elogia, ſemper & ubiq; ſat candidi aut providi fuerint in illorum conſervatione: in quo ſcrutandi genere Capellus atq; J. Voſſius exemplo nobis eſſe poſſunt; Et ſanè optandum eſſet, ut talis inquiſitio cum collatione antiquiſſimarum & celeberrimarum verſionum absq; Philodoxia ex mero veritatis amore per omnes V. T. libros accuratiùs inſtitueretur, id quod cum unius non ſit, cum ſumma utilitate in ta-

li de qua loquimur, ſocietate curari poſſet. Si enim Græcorum atq; Latinorum Autorum ſcripta tantâ hodiè tamq; exquiſita diligentia undiquaq; revidentur, ut ſæpè ob minimam quandam voculam multum temporis inſumatur, nec parum impendatur operæ, quanto labore non digni eſſent ſanctiſsimi illi Libri, quorum reſpectu omnes reliqui volitant velut umbræ.

Sed ad Libros N. T. quoque accedo, ad quorum itidem veriorem intellectum aliter perveniri non poteſt, quam per diligentiorem literarum Hebraicarum culturam. Græca enim illa Lingua, qua iidem conſcripti ſunt; non eſt de natura vulgatæ illius, ſed idiomate gaudet planè peculiari, quale nec apud Homerum nec apud Platonem vel Demoſthenem reperitur, unde celeberrimi illi Viri Scaliger, Druſius, Heynſius aliiq; ab iis Hebræorum contribulibus, qui inter Græcos degentes Helleniſtæ dicebantur, nomine proprio eam vocarunt Helleniſticam; eoque ipſo ſatis ſuperq; docuerunt, iſtam in phraſi ubique ferè cum Hebraica convenire, atque ſine illius perfectiori intellectu accuratè exponi non poſſe. Huc accedunt præter phraſin modumq; loquendi multæ res, earumq; affectiones, quæ ſine auxilio linguæ Hebraicæ commodè intelligi nequeunt, qualia ſunt omnia, quæ ad Topographiam, Traditio-

nes,

nes, conſuetudines, jura, ædes, veſtes & ſimilia alia pertinent, de quibus omnibus non niſi ex ſcriptis Hebræorum vera petenda eſt hiſtoria: ut nihil jam dicam de allegatis undiquaq; è V. T. vaticiniis dictisq; quamplurimis. Sicut autem ad dignoſcendam beneficio linguæ Hebraicæ dialectum helleniſticam ex Heynſio in Nonnum non parum effulget luminis, ita ad intelligendas res ipſas, quarum deſcriptionem ab Hebræis aſſumendam eſſe modo retuli, Lightfootius in Horis ſuis Hebraicis in Matthæum & Marcum tam egregiam præſtitit operam, ut laudes ejus propterea nunquam ſatis extolli queant. Et utinam quoque non tantum Horæ ejus in priorem ad Corinthios ad plures perferrentur, ſed & vel illius vel alius cujusdam juxta hanc methodum ſtudio omnia totius N. T. volumina illuſtrarentur, ut multa quæ obſcura adhuc ſunt, aliquantulum hac ratione, ſua tandem luce radiarent. Et quam egregius eſſet iſte labor, ſi à tota quadam ſocietate conjunctis operis in illum incumberetur, ut non citiùs ſaltem ſed & rectiùs prodirent illæ curæ!

Imò quid putatis, profuturam hanc ſocietatem miſero illi nec dum illuminato Judæorum populo? annon ſperari poſſet fore, ut velum illud Moſaicum, quo velatæ ſunt facies illorum, ſi non ex toto ſal-

tem ex parte tollatur illius beneficio? annon poſſi
eſſet, ut cæcitas illa, quæ ex parte Iſraëli evenit, q
dantenus etiam ſanaretur? Certè ſi unquam ar
mentorum aliqua eſt vis, negari non poteſt, eorum
cæteris quam maximam eſſe, quæ domeſtica dicunt
& quibus proprio quaſi gladio jugulari poſſunt adv
ſarii: Imò ſi contra Judæos unquam valuerunt ar
menta, notum eſt illa v x fuiſſe alia, quam quæ à
ſtimonio è propriis ipſorum ſcriptis deſumta fuer
Et fortè Dominus benediceret laboribus iſtis tam
tamq; juſtis, ut plus hac via quam violenta coact
efficeretur.

Sed nunc redeundum mihi eſt ad Philoſophiam
verum, de qua jam ſuperius aliqua facta eſt men
atq; oſtendendum breviter, quanto uſui hæc ſocieta
eidem foret. Si enim verum eſt, quod Pythagoras,
illo refert Jamblichus, ſapientiā ſuam didicerit à
phetis, Succeſſoribus cujusdam Moſchi ex Phœnicia
verum quoq; eſt illud, quod ſapientiſſima Judæorū
tio pro dedecore ſibi reputaſſet olim, ſi vel minima I
ſophiæ portio ab alienâ Gente ad ſe tranſiret, prout
rogantiæ hujus Exempla & in Ægyptiorū atq; Pe
& hodiè adhuc in Sinenſium Populo reperiuntur: S
rò Philoſophia Platonica in pleriſq; concordat cum
thagoræa, eamq; Divinus ille Vir, Numenio Teſte,
ter à Judæis accepit: certè hinc ſequitur, non
ſentire eos, qui ſtatuunt, Judæos multas à Plato
ſumſiſſe opiniones, cum dicendum potius ſit con
um: Porrò & inde ſequitur, quod ex antiquis J
rum ſcriptis inſignia veræ Philoſophiæ Moſaicæ
Propheticæ fragmenta excerpi queant, quodq; f
illæ & parabolæ, quæ pleriſq; tam abſurdæ vide
tanta abſurditate atq; vanitate non laborent, ac
exiſtimant, cum obſcurius hoc dicendi genus non

antiquos tantùm Philoſophos, ſed & apud veteres Judæos potiſſimùm, prout teſtantur ſcripta Prophetica in uſu fuerint, unde & ab ipſo Chriſto Domino noſtro ſimile quid uſurpatum legimus. Si qui igitur in tali ſocietate tam inſignia genuinæ antiquitatis Judaicæ monumenta, non hodiè demum vel heri adinventa, ſed ante multa annorum millia jam tradita eruerent, quanta exinde toti literatorum communitati pronaſceretur utilitas! Certè quæ alii de Ariſtotelicis atq; Platonicis Opinionibus conſcribunt, deq; Philoſophia Democritica, Epicurea, atq; Pythagorica inveſtigant, reſpectu eorum, quæ de hâc Moſaicâ Propheticâ atq; Apoſtolicâ Sapientiâ inventum iri ſcio, non niſi paleæ eſſent & quisquiliæ. Quodſi jam ulterius pergerem, adque plures utilitates adducendas tranſire vellem, diem mihi & verba defore novi, quare ad facilitatem totius negotii accedo, oſtenſurus quam commodè talis quædam ſocietas hodiè inſtitui queat, quæ tot utilitates ſummâ cum laude cumularet in Chriſtianorum Populo. Poſtquam enim per DEI gratiam Reuchlini temperibus prævaluit illa factio, quæ Hebræorum Scripta ab interitu vindicavit, atq; ne comburerentur effecit, nunquam non inventi ſunt Viri laudatiſſimi omnium Religionum, quibus de meliore luto finxit Præcordia Titan, qui hanc linguam pro virili excoluerunt. Atque hic enarrare poſſem prolixiùs, quam inſignes jam in publicum prodierint circa hæc ſtudia labores, Autoribus Bangio, Buxtorffiis, Calovio, Capello, CarpZovio, Cochio L' Empereurio, Galatino, Gaulminio, Gentio, Hottingero, Kirchero, Leusdenio, Maſio, Mayero, Morino, Muis, Pocockio, Raymundo Martini, Rittangelio, Sauberto, Sheringamio, SchertZero, Schickardo, Schmidio, Voiſin, Waltono, & multis Viris Clariſſimis aliis; hic referre poſſem eorum conatus, qui in

Lexicographia hujus Linguæ ſuam probarunt in
ſtriam, quales ſunt, ut è pluribus pauciſſimos nomin
Amama, Avenarius, Bellarminus Cardinalis, B
lius, Dillherrus, Neander, Pagninus, Schindlerus,
ſtius, & eorum ſimiles ferè innumeri: porrò in med
proferre poſſem aliquid de Potentiſſimorum Regum,
que Principum, aliorumq; inſignium Virorum ſive ſ
tibus ſive laboribus, quibus allaborantibus Sacra
blia ſæpiſſimè cum ſummo ſplendore ſunt edita, u
jam Opera illa Regia Hiſpanicum atq; Gallicum,
non Biblia Polyglotta Anglicana extant, ut nihil
de diligentiſſimo Aria, Bombergo, Huttero, Mü
ro, aliisq; ſimilibus memorem: tandem dicere poſ
quod Liber Miſnarum cum commentationibus Ram
mi atq; Bartenoræ omnibus, in linguam Hiſpani
translatus, in noſtris jam ſit manibus, atq; quam
cillimè ſive hac, ſive latina lingua in lucem edi po
Sed quid opus eſt Minervam docere, ſufficit me I
ritis aliquantulum oſtendiſſe, quid jam in iſtis ſt
ubiq; ſit prælaboratum, & quam facili negotio
ulterior fieri poſſet progreſſus, ut tandem ad plena
his omnibus lucem accedere liceret. Et quid obſt
quo minus quam facillimè moveri ſe paterentur
roſi Animi, ut non conſiderato Religionis diſcrim
ad iſtam ſocietatem accederent, in qua tam directè
moveretur DEI gloria, tam efficaciter quæreretu
blica utilitas, & ſingulorum fama atq; celebritas
inſigniter augeri poſſet? De jucunditate talium
rum nihil referam, qui, ſi præſcientibus atq; co
tientibus tot Viris Clariſſimis, de rebus ſuâ N
ſublimibus, ſed ſimul ob varietatem jucundiſſim
certam & infallibilem non ſui tantùm, ſed & ali
utilitatem ſuſciperentur atque abſolverentur,
DEUS! quam latè & promtè ſuccederent on

Nec dubium eſt, inventum iri quosdam, qui, quod uberiori facultatum copia à DEO ditati ſint, tanquam Nutritii optimorum ſtudiorum in illum ſaltem finem huic ſodalitio ſeſe adjungerent, ut neceſſarios ad editionem bonorum librorum ſumtus ſuppeditarent, & poſtmodum ſuos quoque exinde caperent fructus; Ne fortè ex impenſarum defectu inſignia quædam Opera blattarum ac tinearum fiant eſca, atq; novercante adeò Lucina haud unquam prodeant in lucem. Et quis è Magnatibus atq; Principibus cum debita ſubmiſſione, atque reverentia rogatus erubeſceret in ſeſe ſuſcipere tam maximè laudabilis atq; fructiferæ ſocietatis patrocinium, ut inde non tantùm præclara in eam conferretur autoritas, ſed etiam eſſet aliquis, qui de illius conſervatione atq; propagatione paternam quaſi gereret curam? Non tantum enim priſcis temporibus celeberrimus ille Ægyptiorum Rex Ptolemæus Philadelphus ſummæ laudi ſibi duxit atque gloriæ, quod ſe curante præſtantiſſima illa LXXII. Interpretum ſocietas, divinæ Legis translationem in ſe ſuſceperit, atq; feliciſſimè ad finem perduxerit; Quali glôria etiam æternitatem nominis ſui condecoravit Potentiſſimus ille Imperator Juſtinianus, cum, congregato nobiliſſimo quodam doctiorum Jureconſultorum conſortio, magnū illud Juris Romani Corpus, cujus adhuc in hodiernum usq; diem viget uſus coordinari curaret: Sed & noſtra ætate Maximi Reges Galliæ atq; Britanniæ, ſicut & Celſisſimi Principes Saxonici atq; Anhaltini inventi ſunt & adhuc inveniuntur qui Capita fuerunt, & adhuc exiſtunt certarum quarundam ſodalitatum.

Quem igitur hæc nō moverent, ut ad laudatiſſimū hoc Propoſitum ſingulari ferretur animi ſtudio, totiq; Orbi literato oſtenderet, generoſum ſuum ſanguinem, qui in aliorum ebullit præcordiis, cum de ſocietatibus turmisve

bellicis induiunt, ad famam ſodalitii longè nobilioris atq; præſtantioris moveri atque effervеſcere? Si enim legitima & honeſta æmulatio, quæ Mater eſt omnium illuſtrium rariorumq; facinorum, ullo modo atq; medio excitari interq; gloriæ cupidos accendi poteſt, certè hic datur medium eandem non tantum quadantenus excitandi, ſed & cum ſummo omnium Bonorum fructu perfectiſſimè conſervandi atq; propagandi: Si contra Concordia vera illa & unica felicitatis humanæ Inventrix atq; Conſervatrix pariter ulla ratione inter Chriſtianos reſtitui poſſe videtur, judicate quæſo, quibuscunq; curæ ſunt ſimilia, an non exinde egregium quoque tam univerſali bono exurgere poſſit initium, unde poſtmodum illud quaſi ſpontè ſuccederet, quod à tot millibus Proborum tantis cum ſuſpiriis tam diu deſideratum eſt.

Horum omnium conſideratio Autorem hujus Opuſculi, ſperantem fore, ut laudatiſſimum hoc propoſitum ullo modo dari queat effectui, permovit, ut quæ de naturali Alphabeto Hebraico primò ſaltem ad propriam Ingenii Exercitationem invenerat, non diutius occultaret, ſed ad ſolius DEI gloriam, & communem utilitatem promovendam, inſequenti Methodo Latina ac Germanica lingua conſcribi curaret, figurisque æneis quantum fieri potuit illuſtratam publicæ luci exponeret. Antè omnia verò Lectores, quicunq; demum illi fuerint, etiam atq; etiam rogat, ut temerarium illud & præcox judicium circa rem tanti momenti tantiſper ſuſpenſum teneant, donec pauciſſima hæc folia probè perſpexerint, lucemq; veritatis, quæ procul dubio non diu illos latebit ſenſim in ſe admiſerint. Illi autem Domino, cujus honor hîc & ubiq; ſolus quæritur, ſit laus & gratiarum actio in omnia ſeculorum ſecula. Datum Sulzbaci d. 6. Jan, 1667.

R. A. K. C.

Argumentum totius Opuſculi.

Libellus iſte commodè dividitur in 3. Partes: quarum

I. Non niſi paraſceve eſt ad rem ipſam, in quinque colloquiis.

II. Eſt Explicatio Alphabeti naturalis in ſe conſiderati colloquio ſexto.

III. Concluſionis loco annexa eſt de tota Lingua Sancta, ejusq; perfectione, colloquio ſeptimo.

PARTIS PRIMÆ

Colloquium primum agit de variis Oris humani motionibus atq; conformationibus, & quomodo qui à nativitate ſurdi ſunt illas intelligere, mentemq; loquentium exinde perſpicere queant. Nimirum

1. *Quod qui ſurdi nati ſunt motu linguæ non careant, & quare dicantur muti.* 2. *Quod iidem ex variis oris linguæq; motibus alios loquentes intelligere diſcant* 3. *Quod hæc ad eum modum fiant, quo alii legere diſcunt.* 4. *Quod iſta meliùs procedant in Oriente, quàm in locis Septentrionalibus.* 5. *Qua ratione tales ad uſum ſermonis adduci queant.* 6. *Exemplum de ſurdo quodam, qui eò perductus eſt, ut loquentium mentem in omnibus aſſequi potuerit.*

Colloquium ſecundum ad rem ipſam propiùs accedit, & in ſpecie de admiranda quadam Hebrææ Linguæ proprietate paulò exactiùs agit. Nimirum

1. *Quod illius literæ non niſi picturæ ſint repræſentantes varios linguæ noſtræ motus.* 2. *Unde factum ſit, quod veræ illarum literarum figuræ non ampliùs in uſu ſint apud Judæos.* 3. *Quomodo Judæi ipſi*

con-

conquerantur de ignorantia ſua. 4. *Quam difficile ſit iſta perſuadere hominibus, ac unde illud.* 5. *Quo ordine quis à literis facto initio ad plenum ſcripturæ ſenſum ejusq; enunciationem perveniat.* 6. *Quanta ſit difficultas clarè ac perſpicuè de iſtis omnibus loquendi.* 7. *Qua methodo deſcriptum atque explicatum ſit hoc Alphabetum.* 8. *Qua modeſtia hîc opus ſit.* 9. *Collatio hujus Alphabeti cum reliquis Hebraicè ſcribendi generibus, adjectâ ſimplici quadam disquiſitione de veris & genuinis Antiquorum literis.* 10. *Unde tot ſcribendi genera enata ſint.* 11. *Unde ſeſe offerat occaſio naturale hoc ſcribendi genus inveniendi, & quid ad illud conferant literarum Nomina.*

Colloquium tertium ſpecialiora quædam proponit Præparatoria, nimirum de Natura & qualitatibus Linguæ humanæ, initio facto à loquelâ infantum; nempe

1 *Quod illa proveniat ex Idea maternæ vocis.* 2. *Quo ordine illud fiat.* 3. *Unde originem habeat vox incantandi.* 4. *Quare homo ad motus linguæ propriæ non attendat.* 5. *Quod ad ſermonem etiam pertineat ſoni vocisq; mutatio, & quomodo illa è diverſis oris dentiumq; apertionibus demonſtrari queat.* 6. *Sequitur deſcriptio Linguæ, ac* 7. *Epiglottidis.* 8. *Deſignatur Arteria aſpera.* 9. *Et Oeſophagus* 10. *De Ventriloquis eorumque loquendi modo.* 11. *De meatu anhelitûs* 12. *Et phlegmate illâc deſcendente, ac quomodo illius maturitas queat impediri.* 13. *De Uvulâ.* 14. *De parte palati membranosâ* 15. *De motu Uvulæ* 16. *De parte palati anteriori* 17. *Axiomata quædam de motu Linguæ.*

Colloquium quartum agit de primo ſermonis requiſitio inviſibili, Anhelitu, nempe

1. *Quomodo ille attractus in pulmone ſeparetur;*

ubi

ubi ſimul de pulmonis natura agitur 2. quomodo idem in abdomen verſus umbilicum velut centrum totius hominis penetret. 3. atq; exinde per totũ hominẽ feratur. 4. tandem vi occultæ cujusdã circulationis in abdomen, 5. et ex parte in pulmones redeat ad exhalationem & vocem formandam. 6. probatur, quod ille anhelitus per totum corpus penetret. 7. quod omnia membra aliquam illius partem inviſibiliter expirent. 8. Ejusque loco aliud quid ab extra ad ſe attrahant 9. ne capillis quidem excluſis; de quarum natura non inutili digreſſione aliquid diſſeritur. 10. probatur, quod beneficio anhelitûs omnium membrorum virtutes omnibus membris indiviſim communicentur. 11. oſtenditur quid hoc loco conferat lumen Lunare, & quomodo id probari queat.

Colloquium quintum agit de altero Sermonis vivi atque genuini Requiſito inviſibili, virtute nimirum ſeminali hominis. Nempe

1. *Quod hac deficiente Sermo quoque debito vigore careat. 2. quomodo loquela aliquando in homine deficiat, & quam notabilia tùm concurrant accidentia. 3. Digreſſio de Analogia Microcoſmi & Macrocoſmi quoad iſta, 4. Quod iſtud Sermonis Requiſitum de tota hominis eſſentia participet, 5, demonſtratur ex ſimilitudine liberorum cum Patribus ſuis. 6. Digresſio de ſimilitudine liberorum cum fæminis aliis. 7. et inde de virtute Idearum, 8. earumque duratione, 9. An Idea Sympathiam cum ſuo exemplari amittat, & quomodo illud probetur. 10. De medio hanc Sympathiam conſervante & promovente. 11. Regreſſus ad vivam hominis vocem. 12. quomodo illa affectus vehementiores mitigare queat. 13. & qua ratione a ſimulata fictaque voce diſcerni poſſit.*

PARS

Colloquio ſexto explicat ipſas Alphabeti literas, nimirum

1. *In genere, ubi excuſatio adjicitur, quod unica ſaltem adhibita fuerit figura,* 2. *ſimulque ponitur quosnam Autores in pronunciandis literarum Nominibus potiſſimum ſecutus ſit Autor.* 3. *& quare interdùm ſaltem linguarum particulæ adhibeantur.* 4. *Quid ſibi velint figuræ in mitra iconum.* 5. *In ſpecie traditur quid obſervandum ſit circa ſingulas literas.* 6. *Ipſa explicatio literarum ſpecialiſſima proponitur.* 7. *Ubi inſeritur quare litera He inſerta ſit nominibus Abrahæ & Sarah.* 8. *De formatione Vocalium in genere, è diverſa oris atque dentium apertione.* 9. *De Vocalium nominibus atque figuris.* 10. *De loco formationis illarum.* 11. *Ipſa vocalium explicatio ſpecaliſſima proponitur,* 12. *Cur Scriptura Hebræorum à dextra & non à ſiniſtra incipiat.* 13. *Unde componi queat Grammatica perfectisſisima.*

PARS TERTIA.

Colloquio ſeptimo agit de ipſa Lingua Sancta ejusque perfectione, nimirum

1. *In quo illa potiſſimum conſiſtat.* 2. *quomodo à reliquis linguis confuſioribus differat,* 3. *quare Radices tantum è tribus componantur literis,* 4. *& cur non plures ibi aſſumantur literæ.* 5. *Qua ratione quis ad verùm ac genuinum illius linguæ intellectum pervenire queat.* 6. *Quomodo Idea illius per vocem erumpat.* 7. *& qua ratione quis hoc modo ad veritatem perducatur.* 8. *Qualis ſit differentia inter vocem vivam & aliam Imperfectam.* 9. *Tandem de Acentuatione Hebræorum aliquantò prolixius agitur & concluditur.*

Collo-

Colloquium Primum.

De variis Oris humani motionibus atq; conformationibus, & quomodo *qui à Nativitate ſurdi ſunt*, illas intelligere, mentemq; loquentium exinde perſpicere queant.

H. CUm propoſitum modò nobis ſit præcipuè *de lingua & ſermone hominum merè naturali* ſermonem inſtituere, ante omnia hoc unum expeto, ut ad declarandum totius negotii inſtitutum perſpicuum aliquod proponatur *Exemplum*.

M. Res omnis rectiùs perſpici non poterit, quàm ſi quis exempli loco ſibi proponat *hominem quendam à nativitate ſua ſurdum, adeoq; & mutum*; in quo duo potiſſimum obſervari poſſunt, (1.) nempe, quod qui huic miſeriæ ſubjacet, plerumq; *ſurdus* tantùm ſit propriè loquendo, *voce* autem non careat, nec oris linguæq; *motu*; unde ſequitur defectum ſermonis articulati exinde ſaltem oriri, quod ob corrupta auditûs organa alios loquentes audire nequeat talis, adeoq; nec ordinariam ſonorum humanorum ſpecificationem juxta normam loquendi con-

1. Quod qui ſurdi nati ſunt motu linguæ non careant, & quare dicantur muti.

conſuetam in linguæ vocisq; ſuæ
tus introducere poſſit; unde
cauſa patet, ob quam *nomen mu*
2. *Quod iidem ex variis oris linguæq; motibus alios loquentes intelligere diſcant.* communiter tribuatur. (2.)
qui ita *ſurdus* eſt, plerumq; *viſ*
leat acutiſſimo atq; argutiſſim
ratione, ut ſi quis de rebus do
cis cum ipſo loquatur, ille veru
borum omnium ſenſum quàm
ciſſimè etiam *è longinquo* quaſ
do intelligere queat; idq; non
obſervatione oris loquentiu
quantulum accuratiori.

H. Qua methodo iſti c
ſunt hæc omnia didiciſſe?

3. *Quod hæc ad eum modum fiant, quo alii legere diſcunt.* M. Non alia, quam cujus
cio *illiterati* communiter aliori
pturam legere diſcunt. Illi
primò figuris utuntur maju
charactere craſſiori, quo cog
literas minores pergunt, atq
proponunt, quæ celeriùs atq
ſius imò cum abbreviaturis
ſunt, donec tandem omnia q
cillimè aſſequantur, licet
non usq; ad finem ſententiæ
expreſſa ſint. Ita procul dub
ſurdi iſti primò *tales* exactiùs
runt, *qui* ſublata voce, int
clamore vociferantes, aliqui
pediri vel apportari juſſerun
que *linguam, labia, genas, me*
gulum ſimilesq; partes earu

tum atq; mutationem accuratiùs notantes, his omnibus tanquam characteribus majoribus, velut *illi* majoribus literis uſi ſunt ad aſſequendum genuinum loquentium ſenſum; in quibus confirmati paulatim ad leniores & magis ordinarios loquentium motus progresſi eſſe videntur, donec tandem eorum intentionem ex ipſo horum *motuum initio*, nondum abſoluto totius ſententiæ contextu intelligerent; ad omnia hæc potisſimùm *conſuetudine* adjuti. Atq; iſta longè felicius ſuccedere *in Oriente* quàm circa ſeptentrionem probabile eſt; ibi enim homines parùm quidem ob calorem, ſed omnia, quaſi copioſiori opus haberent anhelitu, *aperto ore & patentiſſimo gutture* tanquam ex ipſo pectore proloquuntur, ut omnes linguæ commotiones facillimè obſervari queant; hîc verò locorum, præſertim *in Anglia* locisque vicinioribus paulùlum ſaltem aperto ore vix labia moventur.

4. *Quod iſta meliùs procedant in Oriente, quàm in locis ſeptentrionalibus.*

H. Si non alia habent *Surdi iſti* intelligendi principia, quam diverſas in motâ loquentium lingua configurationes, ex quibus tanquam ex primis ſcripturæ cujusdam Elementis verùm loquentis ſenſum quaſi legendo intelligere non imposſibile ſit, non tantùm probabile eſt, fore, ut talis etiam ſcri-

ptura ab iisdem commodè legatur, ſi ita quis ipſis literas depingat, ſicut easdem antea per vivum loquentium motum à lingua duci atque formari viderant; ſed nec difficile eſſe judico eosdem beneficio harum figurarum ad debitam vocis & linguæ articulationem perducere, ſi nempe quis illos ante ſpeculum conſtitutos hos ipſos motus ore ſuo imitari, eosdemque motus poſtmodum efflato anhelitu quaſi animare atq; vivificare doceat: anhelitûs autem aërisque in hoc negotio uſum facilè vel ex admotâ ori noſtro manu ſua, vel tempore hyberno ex exhalatis viſibiliter vaporibus, vel etiam ex aſſumto cibo quodam graveolento olfactûs beneficio addiſcere poterunt. Et certè, ſi fieri poteſt, ut quis ex varie depictis in pictâ quadam Pandura digitis, fidibus canere; ex depictis vario ordine & ſitu pedibus, artem ſaltatoriam exercere; ex depictis varia circumgyratione vexillorum flexibus, vexilla vibrare diſcat; ſi ex pictura ars haſtiludii, tractandorumque ſclopetorum; ſi ars ſtructoria denique & ſimiles aliæ hoc modo addiſci queunt, cur non etiam ex variè configuratis *linguæ orisq; motibus* loquelam hominum aliquis docere atq; diſcere poſſet?

5. Qua ratione tales ad uſum ſermonis adduci queant.

6. Exem-

M. De his omnibus quidem ego nullus

nullus dubito, imò ad faciendum in hoc labore periculum ſpontè me offero; cum præſertim ſimile quid in ſurdo quodam Muſico jam præſtiterim, qui tamen ſimul & viſus hebetudine & membrorum tremore laborat; hunc autem trium hebdomadarum ſpatio eo usque perduxi, ut ad omnia reſponderet, quæ quis tardè & ore præſertim aperto cum ipſo loqueretur. Atque ille deinceps proprio Marte *linguam Hebræam* brevi admodum tempore perdidicit, idque, poſtquam noſtra methodo literas combinare atque legere didiciſſet, non niſi conferendo Biblia Hebraica cum Germanica verſione; jamque, accedente nimirum exercitio adeò, in his perfici cœpit, ut totam ſcripturam Hebraicam intelligat.

plum de ſurdo quodam, qui eò perductus eſt, ut loquentium mentem in omnibus aſſequi potuerit.

Colloquium Secundum.

In quo

Ad rem ipſam propiùs acceditur, & in ſpecie admiranda quædam *Hebrææ linguæ* proprietas exactiùs conſideratur.

H. ERgonè ſanctiſſima Hebræorum *Scriptura* aliquam habet cum *linguæ humanæ motibus* ſimilitudinem?

1. *Quod illius literæ non niſi pi-*

 M. Illa

cturæ ſint repræſentantes varios linguæ noſtræ motus.

M. Illa ipſa in ſe nihil eſt al
quam variorum humanæ linguæ
tuum artificioſa repræſentatio ;
hoc ipſo propriè loquendo illiu
tura conſiſtit, nec in alio quoq
conſiſtere poteſt. Et certè ſi fu
mento ullibi niteretur alio, anno
què temeraria, vana atque mut
ret, ac omnes omnium lingua
Scripturæ aliæ, ne unica quiden
ceptâ, quarum ne minima qu
debita illa ac genuina rectè ſcrib
principia in characteribus ſuis
bet, ut quis ex ſola literarum f
oris linguæque motum cognoſ
adeoque exinde vocem articul
formare queat, quod profectò
bræa præſtat quam exactisſimè?
enim ſola eſt vera ac legitima
ſcribendi ratio, quæ non ex cæc
petu & temerario ductu nata, ſe
quam Vox picta ſic primitùs in
ta eſt, ut ſicut loquendi organa
num animi characterem auribu
illa eundem, per loquendi orgar
preſſum, oculis ſubjiciat. Prima
autem loquendi organon lingu
è cujus vario motu atque alliſu l
la oritur : quid ergò, ſi loquel
genda ſit, aliud pingi poterit
varia ejuſdem linguæ commot
que configuratio? & ſi Hebræ
bendo ſic olim depinxerunt

lam, quid magis ad ipſam naturam ejusque verum ordinem accedere poterit quam ſapientisſima ipſorum ſcriptura?

H. Si iſtud irrefragabiliter verum eſt, nemo profectò ſatis mirari poterit, quomodo Judæi per tot ſecula absque vera *hac Orthographia* permanſerint, illamq; jam olim *amiſſam* non dudum reaſſumſerint.

2. Unde factum ſit, quod veræ illarum literarum figuræ non ampliùs in uſu ſint apud Judæos.

M. Hoc certè non eſt quod quis miretur, cum tota Natura hominum tali jam ſubjaceat corruptioni, ut verum illum ac genuinum ſcribendi modum non posſit non negligere atque oblivioni tradere: idque & nunc futurum jam prævideo, niſi, quæ monuero, accuratè in poſterum obſervata fuerint. Et quantas ipſi Judæi de ſua in rebus Grammaticis ignorantia hinc inde querelas fundunt? præſertim cum nec in Talmüde ipſis ſatisfiat, quibuscunque in locis, ibi de literis agitur: id quod non pauci ſæpiùs mihi confesſi ſunt. Si quis Hebræam Grammaticam R. Abraham de Balmis evolverit, in fine reperiet ſequentia: Hic expliciunt vires particulares accentuum juxta poſſe noſtrum & mentem noſtram arctam: ſi autem eſſet nobis facultas deveniendi ad profunditatem mentis divinæ accentuum, dediſſemus cauſam o-

3. Quomodo Judæi ipſi conquerantur de ignorantia ſua.

 mnium

Eturæ
repra
tes v
lingu
ſtræ m

ſermo
actum
mus ille
culus, ex
ſignis concin
eſt formatio idea
cujus ſignum
quam iterum
objectum.
ſermonis

racteres in ideâ
ut illa eoſdem
linguæ deſigna-
icaret auribus.

genere dicta mi-
ortaſſe nec aliis
ibus; ut igitur
elligantur, de
prolixiùs ali-
dum erit.

opus erit haut
butientium me
rſentiſco, qui-
ia ſimul in ore
ne neglecto cun-
ere velle videan-
mnia eo quo de-
um prorient, tua
erit æquanimitas,
a benè dicendi defe-
rare diſcat.

6. *Quanta ſit difficultas clarè ac perſpicuè de iſtis omnibus loqui.*

idem nihil horùm un-
i patiar: ſcio enim ſuos
, ita & diſcentibus eſſe
ertim ſi quis, volatili illo
æ ardore ejurato, mode-
atis ſe profiteatur eſſe ſtu-
rogrediamur igitur *in tim*
ad rem ipſam, iſtosq; *natu-*
teres paulò accuratiùs intuea-

ſolo diſcurſu obſcurior ſim, 7.

 quam

„ mnium particularitatum eorum, & „ quare hic ante hunc, & quare hic „ poſtponatur huic, & quare una vi- „ ce adhibeatur hic & alia vice alius „ in eodem ſenſu: quia propter pec- „ cata noſtra depauperata eſt ſcien- „ tia noſtra antiqua, permultis expul- „ ſionibus & peregrinationibus, & „ non reperitur aliquis, qui cogitet „ conſiderare & acuere ingenium in „ his rebus profundis, & periit ſapien- „ tia à ſapientibus Iſraël, & intellectus „ prudentium ejus abſconditus eſt. „ Deus autem Omnipotens propter „ pietatem & miſericordiam ſuam ac- „ celeret redemtionem noſtram & „ vivificet nos; & det nobis cor am- „ plum ad ſciendum ſecreta *literarum* „ *Sacræ Scripturæ*, & punctorum atque „ accentuum ejus; nam qui ea ut de- „ cet intelligeret, non indigeret alia „ expoſitione: ſed hoc caremus, & „ abſconditum eſt usque ad redem- „ tionem noſtram, quæ celeris ſit. „ Amen.

4. *Quam difficile ſit iſta perſuadere hominibus, ac unde illud.*

H. Operæ pretium igitur erit, ſi ea, *quæ de vera hâc Orthographia literarum Hebraicarum proferre placuerit*, adeò perſpicuè tradantur, ut ab omnibus commodè intelligi queant, eoq; minus iterum oblivionis involvantur tenebris.

M. In eo quidem, quoad ejus facere:

cere potuero, omnes intendam nervos; verendum tamen omninò eſt, ne parùm admodum undiquaq; proficiam.

H. Quam ob cauſam?

M. Quia quicunque hodie ſapientiæ atque veritatis, quæ per ſe ſimplicisſima eſt, amore flagrant, ſtudio planè perverſo & inepto utramque quærunt: dum enim intempeſtivo penitùs conatu & præcoci nimis molimine feſtinabundi & anhelantes ad ſumma ſtatim ſciendi faſtigia properant, quî fieri poteſt, quin infinitæ rerum varietati atque multitudini adeò implicentur atque involvantur, ut cum ad ſtudiorum finem jam perveniſſe ſe exiſtiment, principiorum quoque notitiam amiſerint. Cum è contrario, qui veram & ſimplicisſimam ſibi viam eligunt, non niſi ſimplici atque moderato greſſu ſolam ſecuti naturam & quidem cautè admodum incedant; Atque hæc ſola eſt illa ratio, quâ ad profundam ſapientiæ radicem tandem pervenitur, ejusque propagines deinceps absque errore inveſtigari poſſunt. Si quis igitur, cum ex infinita atque ineffabili Dei bonitate ſe creatum agnoſcat, ineffabilem illam Creatoris ſui bonitatem ex ſanctisſimo ipſius verbo uberius cognoſcere deſideret, iſtum omninò

in Timore Domini talem ſe gerere decebit, qualem natura verorum diſcipulorum hîc eſſe poſtulat; ne ſi quid invenerit, ex inordinata præcipitiq; feſtinatione id iterum negligat atq, amittat.

5. *Quo ordine quis à literis facto initio ad plenum ſcripturæ ſenſum ejusq; enunciationem perveniat.*

Sciendum igitur, *totam Scripturam Sacram formatam eſſe non niſi ex figuris diverſorum humanæ linguæ motuum*; idque hoc ordine, ut primò configurati illi motarum linguarum typi tanquam conſonantes, vocalibus ſuis per naturam vivificati atque animati, beneficio ſimplicisſimæ cujusdam compoſitionis atque combinationis dictiones conſtituant; ex his dictionibus deinde beneficio ſimplicisſimi quidem ſed ordinatisſimi ſui regiminis in animo legentium clarus & perſpicuus progeneretur ſenſus, unde *idea rerum lectarum* formatur quam exactisſima; quæ in vivam vocem proruptura ſignaturam ſuam iterum communicat ſermonis organis, quibus legitimè in actum deductis abſolvitur ſanctisſimus ille divinæ communicationis circulus, ex meris infinitæ benevolentiæ ſignis concatenatus, quorum primum eſt formatio ideæ in mente ſcriptoris ſacri, cujus ſignum erat viva verbi prædicatio, quam iterum, ut & oculorum fieret objectum, depingebat imitatrix divini ſermonis ſcriptura;

quæ ſuos iterum characteres in ideâ legentis exprimebat, ut illa eosdem tandem, rurſum motu linguæ deſignatos, aliorum communicaret auribus.

H. Iſta quidem in genere dicta mihi non ſufficiunt, & fortaſſe nec aliis præſertim ſimplicioribus; ut igitur omnia eò rectius intelligantur, de *iſta vivi ſermonis pictura* prolixiùs aliquanto & clariùs agendum erit.

M. Hic patientia opus erit haut exiguâ, nunc enim balbutientium me laborare infirmitate perſentiſco, quibus tanta rerum copia ſimul in ore connaſcitur, ut ordine neglecto cuncta uno halitu evomere velle videantur. Si igitur non omnia eo quo decet ordine in medium proruent, tua omninò exoranda erit æquanimitas, ut inſignem iſtum benè dicendi defectum in me tolerare diſcat. *6. Quanta ſit difficultas clarè ac perſpicuè de iſtis omnibus loqui.*

H. In me quidem nihil horum unquam deſiderari patiar: ſcio enim ſuos ut docentibus, ita & diſcentibus eſſe labores, præſertim ſi quis, volatili illo multiſcientiæ ardore ejurato, moderatæ tarditatis ſe profiteatur eſſe ſtudioſum. Progrediamur igitur *in timore Domini* ad rem ipſam, iſtosq; *naturæ characteres* paulò accuratiùs intueamur.

M. Ne ſolo diſcurſu obſcurior ſim, *7. Qua m*

 quam

thodo deſcriptum atque explicatum ſit hoc Alphabetum.

quam ut quis mentem meam pe
tiùs aſſequi valeat, neceſſarium
duxi, ut omnes literarum figuras
ore depicti cujusdam capitis, eoq;
tisſimùm loco, in quo lingua
communiter exercet actiones, t
quam in theatro proponerem.
notandum, plures aliquando ling
non niſi diverſos in una operati
unius linguæ motûs exprimere, ſi
nim ſolent aliquando ad unicam
ram formandam plures concur
geſticulationes, ut inde totius a
nis initium medium & finis com
dè diſcerni queant.

H. Inde apparet, etiam div
lios unius Linguæ motus ad uni
teræ formationem concurrente
rem ita ſe habere demonſtrari pc
in cauſa eſſe poſſe, quod ſancta
ſcribendi ratio, poſtquam ſemel
ſa fuit, tam diu in obſcuro later
tuerit. Si igitur quis præſumſerit
dem in lucem iterum producere
profectò rem tanti momenti, c
tum ego quidem exiſtimo, no
ſumma modeſtia poterit aggred

8. Qua modeſtia hîc opus ſit.

M. Pro neceſſaria hac atqu
lisſima admonitione gratias ago
poſſum maximas, vicisſimq; L
rem quemcunq; admonitum eſ
lo, ut ſicut modeſtè omnia p
nuntur, ita *modeſtè* quoq; eader

ctet, nec rudes illas informesq; figuras priùs condemnet, quàm earum ſimul explicationem perlegerit, totamq; rem ſimul ſumtam exactè perpenderit. Utque ad rem ipſam aliquantò propiùs accedam : Sciendum eſt, me ex illis, quæ vulgò circumferuntur Hebræorum Alphabetis nullum agnoſcere potuiſſe pro *authentico*, quod undiquaque ſequerer : tanta enim in characteribus eorum ſive typis expresſis, ſive in antiquis numiſmatibus excuſis, invenitur diverſitas, ut ſæpè ne minima quidem inter literas occurrat ſimilitudo. Si quis autem putaverit, ſe ex iis, quæ ab Athanaſio Kirchero, & Waltono aliisq; de hac materia controvertuntur, ad veram primi & genuini Hebræorum Alphabeti cognitionem perventurum eſſe, illum quidem lubentisſimè ſuo patiar abundare ſenſu; non fore tamen puto, ut præconceptis illis opinionibus ita ſibi præoccupari patiatur animum, quin & naturalis hæc & ſimplicisſima idipſum indagandi methodus digna illi videatur conſideratione. Et quantum ad communes illos characteres attinet illarum origo, ſimplicisſimè loquendo, videtur eſſe talis. Cum S. ille Patriarcha Abraham ex Chaldæa exiret, certè probabile non eſt, illum ignarum

9. Collatio hujus Alphabeti cum reliquis Hebraicè ſcribendi generibus, adjectâ ſimplici quadam disquiſitione de veris & genuinis Antiquorum literis.

rum fuiſſe artis Chaldaicè ſcribendi: literarum enim ſtudium, teſte Calliſthene Philoſopho, ante captam ab Alexandro Babylonem jam per bis mille fermè annos floruerat in illa regione, adeoque Abrahami temporibus non poterat eſſe incultum; Veritati igitur maximè eſt conſentaneum, eundem literas in domo paterna excultas ſecum detuliſſe in terram Canaan; quæ poſtmodum nôn poſſunt non fuiſſe per poſteros propagatæ, cum Jacobo in Ægyptum deportatæ, ibidemq; inter Iſraëlitas conſervatæ, donec tempore exitûs ex Ægypto, *iisdem* in deſerto, tanquam jam notis, *lex* traderetur, eædemque cum toto populo in Palæſtinam redirent, atque ita per poſteros conſervarentur. Porrò nec probabile eſt, Cananæos, inter quos hoſpes & peregrinus erat Abraham, caruiſſe literis, præſertìm cùm inter illos viveret ſummus ille vir Melchiſedech; nec ulla eſt ratio, quæ inferat illas periiſſe aut immutatas eſſe poſt Abrahami tempora, unde veriſimile eſt illas adhuc in uſu fuiſſe, cùm poſt Exitum ſuum cum magna hujus gentis parte permiſcerentur Iſraëlitæ, & utrinque poſtmodum exercerentur contractus atque commercia. Hinc iterum à veritate non abludit, ſi quis inferat, no-

vos

vos hos incolas ob commoditatem converſationis & commerciorum, pro ſuo, cum gentibus ſeſe conformandi, more, à Veteribus inter multa alia etiam literas addidiciſſe; prout adhuc hodiè à Judæis in noſtris regionibus fieri videmus, & præcipuè ab iisdem Ptolemæorum tempore in Ægypto factum eſt. Unde ſequitur, duplicem inter ipſos exortum eſſe characterem, *antiquum* ſcilicet illum, quem Abraham ſecum ex Chaldæa detulerat, & *communem* alterum. Cumque videamus Judæos ad Cananæorum mores adeò ſeſe applicuiſſe, ut ne ab idololatria quidem abſtinerent, præſertim qui erant ex regno decem tribuum Iſraël; quis dubitet, quin tanti æſtimatæ tandem ab iis fuerint *communes* literæ, ut etiam *Liber legis* iisdem deſcriberetur? Unde tamen non ſequitur, idem non ſimul etiam fieri potuiſſe charactere antiquo Abrahamitico, quo eundem & Moſes deſcripſerat, præſertim in Regno Juda; & eo quidem diſcrimine, ut altera ſcriptura alterâ haberetur ſanctior atque dignior. Tandem autem cum juxta 2. Reg. 17, 27. Sacerdos quidam ex abductis decem Tribubus ad novos Samariæ colonos mitteretur, qui eos informaret in Lege Dei Iſraëlis, quas illum literas huc

ſecum

ſecum portaſſe probabile eſt a
quàm *communes* ? & quem Lib
Legis alium quam iisdem charac
bus deſcriptum? cum præſertim
ex iis eſſet Regni Judæ Sacerdot
in quibus erga antiquum Dei cu
adhuc tantillum ſupereſſe videb
Zeli, ſed ex Idololatrico illo gen
qui verum Deum ſub imaginibu
tulorum hactenus coluerant.. U
apparet, ſcripturam Samaritano
hodiernam non facilè habendar
ſe pro alia, quam pro antiqua
Cananitica. Deinde cum Esdras
captivitatem Babylonicam Sa
Scripturam iterum deſcripſiſſe
tur, & aliis quidem, ut Hieron
inquit, literis; quibus ille quæſo
modè uti potuit aliis, quam ant
illis Abrahamiticis atque Moſ
quarum ſtudium apud Sanct
nondum planè exoleviſſe pot
quæque à Chaldaicis illis atque B
lonicis ſive Aſſyriacis (quibus n
nibus idem ſemper hactenus in
quidem negotio denotatum eſt)
rum uſus durante captivitate i
pulum iterum introductus erat
adeò multum differre poterant
ab eadem Chaldæorum gente A
ham easdem acceperat ? Niſi
igitur nimium vexat commun
litigandi pruritus, illi procul

concedendum erit, *hodiernas Hebræorum literas*, quæ fatentibus omnibus ſuam Esdræ debent originem, *parum admodum diſtare poſſe ab antiquis illis Abrahamiticis*, unde quoque *eædem ad ipſam oris linguæq; naturam tam propè accedunt*. Cum tamen de iſtis omnibus nulla nobis non dicam mathematica, ſed ne hiſtorica quidem ſit certitudo, rectius fieri non poterit, quam ut, ſi quis ad primum harum rerum fontem contendere præſumat, ille propriæ potisſimum linguæ utatur ductu & exercitio, quo facto facillimè ſi quæ à nobis errata fuerint diſcernere, inventisq; iſtis, quæ deſunt, addere poterit.

H. Unde autem exorta videtur potisſimum modernarum literarum à naturalibus iſtis diſcrepantia? 10. *Unde tot ſcribendi genera enata ſint.*

M. Hæc inde oriri potuit, niſi me fallit ſuſpicio, quod non uno eodemque modo Scriptura Sacra *deſcriberetur*; quam facilè enim, ſi qui *celeriùs* ducebant literas, ex incuria quædam ſive in omnibus ſive in quibusdam immutari potuerunt, & quam facilè *tardiores* alii inutili quodam ornatu easdem deformare poterant? præſertim ſi quis ad illa potisſimùm tempora reſpiciat, quibus verus atq; genuinus hujus Scripturæ ſenſus in populo Iſraëlitico jam perierat.

H. Un-

H. Unde autem enata nunc eſt occaſio, easdem iterum inveniendi?

11. Unde ſeſe offerat occaſio naturale hoc ſcribendi genus inveniendi, & quid ad illud conferant literarum Nomina.

M. Hic primas omninò partes tenuit *ipſa ſingularum literarum Natura*, & juxta illam accurata *linguæ noſtræ* conſideratio, quos illa nimirum ad earundem efformationem contribuat *motus*. Deinde tantillum etiam profuerunt *ipſa literarum Nomina*, quæ venerabilis Beda ſtatuit, ab Esdra, mutatis tantum characteribus, ut eatenus in uſu fuerunt retenta fuiſſe, quæque adeò ad noſtra usque tempora per traditionem propagata ſunt. Horum declarationem ad faciliùs intelligendas literarum figuras ubique appoſui, eò quod illam ad inferendam majorem lucem cenſerem non eſſe inutilem. Unde ſi vera ſunt, juxta traditionem antiqua illa Nomina, negari non poterit, veritati quoque conformem eſſe iſtam Explicationis meæ partem, quâ continuata horum Nominum cum ſuis figuris exhibetur Analogia. Atque ex iſtis Nominibus connexionis quoque atque *ordinis ratio* in iſto Alphabeto potisſimùm dependet.

Colloquium Tertium.

Ubi

Præliminaria quędam

de Natura & qualitatibus linguæ humanæ traduntur, cum inſertis, de loquela infantum & ſimilibus, quibusdam aliis.

H. EX iſtis omnibus quidem ea, quæ ipſas literas, earumq; efformationem concernunt, commodè intelligi poterunt; cum tamen & alia quædam occurrant, quæ circa loquelam hominum utiliter hoc loco ſpectari atque explicari poſſent, neceſſarium eſſe duxi, antequam ad rem ipſam ulteriùs progrediamur, *quæſtiones quasdam de iisdem miſcellaneas*, attamen haud injucundas ventilare; quarum prima erit, *quânam ratione Infantuli primum diſcant loqui?*

M. In omnibus Infantibus, cùm vacui omninò ſint ab omnibus quorumvis Entium ideis, inſignis occurrit aptitudo, *Ideam maternæ vocis* intimè ſibi imprimendi, illamq; ad efficacisſimam operationem adeò admittendi, ut poſtmodum illius ſolius beneficio, non accedente ullo adminiculo extraneo, quam primum organorum in ſeſe ſentiunt vigorem, pro-

1. Quod illa proveniat ex Idea maternæ vocis.

proprio motu ſuâ conentur linguâ verborum maternorum ſonum imitari; & illum quidem primò, qui *in inferiori* oris noſtri parte formari ſolet; deinde creſcente muſculorum robore, iſtum quoque qui *medio in ore* elaboratur, donec tandem ad illos accedant, confirmatis nempe ulteriùs loquendi inſtrumentis, quos lingua ad *ſumma palati* alliſa producit. Et ſicut in adultis auditi quidam Muſicorum moduli, Ideam vocis atque tonorum ſæpè tam efficaciter imprimunt animo, ut quidam quam diutiſſimè illos in ſeſe perſentiſcant quaſi ſonantes, nec cum volunt ab iis liberari queant; unde quoque originem traxiſſe videtur apud Latinos Galloſque & alios vox *incantandi*: ita *Materni ſermonis Idea* in infantulis impreſſa hæret quam diutiſſimè, iiſdemque poſtmodum locuturam quaſi collocat atque ordinat linguam, & ſic unica & ſola eſt loquelæ ipſorum Magiſtra. Ad iſtos autem per hanc Ideam conformatos linguæ motus poſtmodum nunquam iterum ſeſe reflectit animus noſter, etiamſi multis myriadum millibus repetuntur; quia omnes *mira celeritate* fiunt, unde quicquid in illis latet miri atq; magni, pleriſque ignotum eſt.

2. Quo ordine illud fiat.

3. Unde originem habeat vox incantandi.

4. Quare homo ad motus linguæ propriæ non attendat.

H. Cum porrò videam vocem ſonum-

numq; hominis ſola quoq; oris apertura variari, annon iſtius variationis gradus paulò exactiùs poſſunt demonſtrari?

5. Quod ad ſermonem etiam pertineat ſoni vocisq; mutatio, & quomodo illa è diverſis oris dentiumque apertionibus demonſtrari queat.

M. Hîc commodè adhiberi poterit osſiculum vel lignum quoddam in ſex ordines gradatim diſtributum, cujus figura depicta eſt icone 34. *ad cujus dimenſiones* oris atq; dentium apertio diſtenditur, quando ſex illæ *Muſicorum claves* voce exprimi debent. Si porrò quis eo ordine, quem eâdem pagella depictum videt, os ſuum denteſq; aperuerit, *vocalium* quoq; ordinarios illos quinque gradus invenire poterit.

H. Jam *Lingua* ſeſe mihi offert, quam, quia primarium eſt ſermonis noſtri organon, libentisſimè paululum accuratiùs intelligerem.

6. Sequitur deſcriptio Linguæ, ac

M. Quæratur, ſi placuerit, figura 33. quâ exhibetur Lingua noſtra, cum inſtrumentis cognatis omnibus, unde poſtmodum Natura motuum ejus aliquantò pleniùs intelligi poterit. Ipſa nempe *Lingua* eſt 1. quam Potentisſimus Creator, ut in varias ſe flectere formas, pluribusque agitari poſſet motibus, ex inſigni parvorum, tenuium atque ſpongioſorum muſculorum copia contexuit; ìpſiq; facultatem exinde dedit ſeſe in varias figuras conformandi, ut modò rotunda quaſi

quaſi, modò longiori, modò brevio-
ri formâ in actum prodeat, & mox
tenuior mox crasſior, mox acutior,
mox planior, mox velut excavata ex-
iſtat, atque hinc in omnes partes, ſive
id ſit antrorſum ſive retrorſum, ſive
ſurſum, ſive deorſum, ſive dextror-
ſum, ſive ſiniſtrorſum &c. premi at-
que flecti queat. Quibus in actibus il-
la ſimul Rectrix quædam atq; diſpen-
ſatrix eſt aquarum, partim inferiorum
atque terreſtrium, quæ per dentes in-
feriores, illamque oris partem aſcen-
dunt, partim ſuperiorum atque cœle-
ſtium, quæ per dentes ſuperiores, il-
lamque Oris partem deſcendunt. Por-
rò Lingua hæc librata eſt quaſi osſi-
culo quodam peculiari, quod à for-
ma *Ypſiloides* dicitur, ut ſuper illo tan-
quam Hypomochlio quodam ordi-
natisſimo ſemper motu levari atque
deprimi, inque omnes pro lubitu par-
7. Epiglottidis. tes torqueri queat. 2. eſt elevata quæ-
dam cartilago, *Epiglottis* dicta, quæ
8. Deſignatur Arteria aſpera. veluti quoddam in folle aſſarium ini-
tium *arteriæ aſperæ* 3. ſuperintegit
atque claudit, quotiescunque aliquid
9. Et Oeſophagus. cibi vel potus in *Oeſophagum* 4. pro-
trudi atque deglutiri debet. Atque
10. De ventriloquis eorumq; loquendi modo. per iſtam Epiglottidem fieri poteſt,
ut quis attracto ſpiritu introrſum lo-
quatur in ventrem ſuum, ore peni-
tùs clauſo, quemadmodum non ſal-

tem olim *Engaſtromythi ſive Ventriloqui* locuti eſſe putandi ſunt, ſed noſtris quoque temporibus deceptores quidam ſeſe divinare fingunt, prout ipſe certisſima edoctus ſum experientia. 5. deſignat locum, unde non *anhelitus* ſaltem per naſum deſcendit, ſed & *phlegma* quoddam, quod quaſi cerebri posſis dicere ſemen, quodque, ſi nimium cogitando atque meditando aliisque excesſibus quis debitam illius maturationem impediverit, primò quidem *coryzam* ſaltem; mox, ſi ex immaturo illo humore ſpiritus aliquid ſecum in arteriam aſperam detulerit, *tuſſim*; tandem verò, niſi quis debito cogitationum temperamento ſibi conſuluerit, maturitatemq; ejus impedire perrexerit, *Phthiſin* excitat. 6. eſt glandula quædam carnoſa dependens, quam *Uvulam* dicunt, quæ circa 5. levari atque deprimi poteſt, cum laxa illa atque mobili *cute* 7. in poſteriori palati parte: Atque *hâc uvula* leniter motâ, anhelitus excitare poteſt ſonum quendam, infractis ſuſpiriis haud abſimilem. 8. *eſt durior palati pars anterior.* Atque his explicatis, non inutile fore duxi, ad clariorem rerum tradendarum intellectum, ſi generalia quædam de motu Linguæ & ſimilibus hoc loco præſcriberem Axiomata.

11. *De meatu anhelitûs.*

12. *Et phlegmate illâc deſcendente, ac quomodo illius maturitas queat impediri.*

13. *De Uvulâ.*

14. *De parte palati membranosâ.*

15. *De motu Uvulæ.*

16. *De parte palati anteriori.*

I. Lin-

17. *Axiomata quædam de motu Linguæ.* I. Lingua humana quà mobilis commodè dividitur *in* 4. *partes*, mucronem nempe, poſt-mucronalem, ante-radicalem, & radicem.

II. Lingua in ore clauſo recta decumbens, *in quiete* eſſe dicitur.

III. Lingua in ſublime elevata, nullâ adhibita vi, ſpontè per *naturam deſcendit* in quietem.

IV. Lingua ore aperto in imum deducta, eodem ſeſe claudente, naturali motu iterum *aſcendit* in quietem.

V. Lingua cum impetu *in altum* compulſa, *cum impetu* quoque deſcendit, & profundiùs quidem quam ad locum quietis; unde naturalis ejus motus tum demum redit, cum exinde ad quietem aſcendit.

VI. Lingua cum impetu *antrorſum* compulſa, *cum impetu* quoque *retrorſum* cogitur, inde verò naturali demùm motu in quietem redit.

VII Circa motus linguæ atque oris, perpetua exiſtit *conſonantia*, unde quandoq; illi hos, quandoq; verò hi illos ſequuntur.

VIII. *Omnes motus linguæ*, qui in efformatione unius Literæ concurrunt, ejusdem figurâ ſive charactere exprimuntur.

IX. Quamvis in compoſitis ad formandam totam dictionem literis, non omnes illi motus ad finem perducan-

ducantur, quos lingua exercet in formanda literâ nudâ, *omnes tamen in figura literæ ſemper expreſſi manent*, charactere non diminuto, quia hic imago eſt totius actûs circa hanc literam exerciti; ad quem complendum lingua, etiam ab inſequenti litera in conſenſum rapta, naturaliter tamen inclinatur.

Colloquium Quartum.

De Anhelitu hominis, & quantum ille ad formandam humanam vocem atque ſermonem conducat.

H. QUia video ad formandum hominis ſermonem neceſſarium quoque eſſe ejusdem anhelitum; jam porrò indagare lubet, quomodo ille ſeſe habeat, & qua ratione *per eundem exſpiratum vox formetur.*

1. *Quomodo ille attractus in pulmone ſeparetur; ubi ſimul de pulmonis natura agitur.*

M. *Aër* per Nares ordinariâ viâ in hominem ingreſſus, *odorem* ſimul *phlegmatis* vel ſeminis illius cerebrini ſecum per *arteriam aſperam* devehit, atque hâc ratione cœleſte illud atque nobilisſimum organon, *Pulmonem nempe*, intrat, cujus materia idcircò tantam habet cum vivo æthere analogiam, ut Aër per eandem nobilita-

tus commodiùs cum omnibus membris uniri queat: & id quidem hâc ratione, ut ſi quid impuri cum aëre attractum ſit, illud in iſto parenchymate permaneat, & poſtmodum beneficio tuſſis, vel via quacunque alia iterum ejici queat, quicquid verò ſpirituoſum & ſubtilius eſt in aëre maximam partem per Diaphragma in Abdomen penetret, ut exinde per totum hominem circulari queat. *Quod enim non totus ille craſſus Aër omninò per Pulmones penetret*, judicari poteſt è pulmonibus Beſtiarum, qui aquis impoſiti iisdem innatant, nec aquam intra ſeſe admittunt; tantamque in externis partibus habent firmitatem, ut aër per arteriam aſperam inflatus non penetret, ſed eosdem tumefaciat atque elevet. *Quod porrò pars aëris ſpirituoſior ex eisdem in animante vivo penetrèt*, in ſectione viva Canum manifeſtum eſt, ubi diſſecto uno impetu Diaphragmate ex cavo pectoris ſenſibiliter prorumpit ſpiritus. Tandem verò, *quod ſpirituoſa hæc ſubſtantia per Diaphragma in Abdomen rapiatur*, non tantùm in illis apparet, qui Tympanite laborant, in quibus impeditâ ob quamcunque cauſam circulatione Aëris, Abdomen ab intrante continuò aëre diſtenditur; ſed in Equis quoque qui Aſthmatis malo infe-

inſeſtantur, quibus, cùm attractus nimia quantitate Aër debito ordine diſtribui nequeat, adhibito cauterio perforatur inteſtinum rectum, ex quo foramine ſuperfluum illud Aëris tanto impetu prorumpit, ut quamdiu in motu eſt Equus, fiſtulæ ſonum indeſinenter efficiat.

2. *Quomodo idem in abdómen verſus umbilicum velut centrum totius hominis penetret.*

H. Quâ ratione autem fieri poteſt, ut Aër ex pulmonibus in Abdomen, & ita per totum corpus ſeſe inſinuet?

M. Si quis, cui debitâ proportione ordinatum eſt corpus, depoſitâ veſte ſuper extenſo fune, brachiis ultra caput protenſis ſupino ſitu libratus *centrum gravitatis* ſuæ quærat, illud alibi non inveniet, quàm in ipſo corporis medio *ſub umbilico*, qui medium quoque abdominis locum occupat; quiquę in utero materno medium eſt, hominem non tantùm ſuæ matri alligandi, ſed & vivo attracti aëris ſpiritu recreandi, imò unde *tanquam ex centro vitæ* tota hominis initium habuit efformatio. Idem patebit, ſi quis nudato corpore brachiisque in abdomine collocatis in terra jaceat extenſus, eodemque ſitu ſurgere velit; tum enim æquè pedes ipſi erunt elevandi ac caput, propter hoc ipſum in medio æquilibrium, in abdomine nimirum conſtitutum; ubi virtuti

quoque ſeminali atque plaſticæ locus eſt; atque hoc non jacentis tantùm, ſed & ſtantis atque ambulantis hominis eſt medium. *Illud igitur, naturæ medium, abdomen ſc. humanum,* ad modum follis motum ſuum naturalem exerit, partemque aëris ſubtiliorem è pulmonibus per Diaphragma, *tanquam expanſum in parvo iſthoc mundo Firmamentum,* quod in viventibus ſicut interna omnia undiquaque eſt permeabile, in ſeſe attrahit; illamq; cum æthere tanquam luce diurna, & frigore Lunari tanquam nocturna luce confeſtim per totum corpus distribuit; quibus poſtmodum *vitaliter circulatis*, cumque omnibus humani corporis partibus communicatis, ſeminalis ille *Aër* cum gloria atq; veluti triumphans *in Abdomen revertitur*; ubi primò præcipuæ ejus vires maximam partem iterum cum novo Aëre, qui nimirum rurſus eſt nobilitandus, uniuntur; ut hoc modò omnia hominis membra non tantùm intrinſecus ſuum accipiant alimentum, ſed apta quoque reddantur ab extra ſimile quid in ſeſe recipiendi (omnia enim membra externa, ſicut communem aliquem halitum exſpirant, ita viciſſim inſpirando, externum aërem in ſeſe aſſumunt.) Deinceps autem, *quod reſiduum eſt* ad ſuperiora

3. Atq; exinde per totum hominis corpus feratur.

4. Tandem vi occultæ cujusdam circulationis in abdomen,

5. Et ex par-

periora redux per cœleſtem pulmonum eſſentiam regreditur, ut nempe vivum illud non ſaltem cordis, ſed totius microcoſmi ſemen congruè diſſeminare queat, per divinam vocis humanæ harmoniam.

te in pulmones redeat ad exhalationem & vocem formandam.

H. Quomodo probari poterit, quod anhelitus hominis in pedes usque, adeoque per totum omninò corpus penetret?

6. Probatur, quod ille anhelitus per totum corpus penetret.

M. Id inter alia ex hoc probatur, quod, qui brachiis pedibusve ſuis vim aliquam exercere, roburque ſuum oſtendere voluerit, *continere cogatur anhelitum,* niſi fruſtrà anniti velit. E contrario enim, qui nimium clamando nimium è ſe diffundit ſpiritum, omnibus ſubitò membris admodum debilitari ſolet; quemadmodum in iis apparet, qui à carnifice torminibus ſubjiciuntur, qui ſi clamore nimio dolores illos exquiſitos teſtentur paulatim ita laſſeſcunt, ut mox omnia confiteantur. Hinc & fieri ſolet, ut quæ in partu laborant fœminæ, niſi ſumma urgeat necesſitas à clamore abſterreantur, ne virtus illa ad ultimum conatum neceſſaria ante tempus evaneſcat. Imò hinc ratio quoque dari poteſt, quare qui multum oſcitant mox debiliores atq; graviores fiant.

7. *Quod omnia membra aliquam illius partem inviſibiliter expirent:*

H. Quomodo probatur, omnia externa membra aliquid exſpirare?

M. Iſtud ſi non aliunde, ſaltem exinde pateret, quod omnis homo de ſeſe quendam *ſpiret odorem*, quanquam alius alio graviorem, & id quidem ex omnibus à capite membris usque ad pedes; Deinde notum quoque eſt ſingulas veſtium noſtrarum partes ab uſu paululum continuo *ſolere maculari.*

8. *Ejusq; loco aliud quid ab extra ad ſe attrahant.*

H. Quomodo porrò probatur omnia membra externa inſimul ab extra aliquid in ſeſe recipere?

M. *Primò*, ſi externo cuidam hominis membro venenum affricetur, manifeſtum erit, illud, ſi tantillo ſaltem vigore polleat, per totum hominem penetraturum eſſe usq; ad ipſius vitæ ſedem. *Deinde*, ſi cui extrinſecùs Balſamum inungas fragrantisſimum, omnia quoque ab intra in homine viſcera refocillari deprehenduntur, idq; etiam ſi vel *capilli ſaltem humani* inuncti fuerint.

9. *Ne capillis quidem excluſis; de quarum natura non inutili digreſſione aliquid diſſeritur.*

H. Quâ ratione per nudos capillos tale quid fieri poterit, & quænam exinde vel per illos in hominem fieret influentia?

M. Quamvis iſta tam propriè huc non ſpectare videantur, incidenter tamen ad illa reſpondebo, atque monebo, *Capillos hominis tam viles & abjectos*

jectos non eſſe, quantum quidem videntur atque habentur vulgò. Quare enim, ſi id eſſet, tot tamq; vehementes in hominibus ideæ per illos & in illis potisſimùm ſeſe exſererent? quando nempe plebeji potisſimum qui decoris parùm ſunt ſtudioſi, ſi quædam *mœroris idea* eos adimpleat, manibus capillos præcipuè petunt, caputque ſcalpunt; quando alii, quos *Idea doloris* atque triſtioris anxietatis replevit, capillos vellunt atque evellunt; quando iis, quos *ſtupor atq; horror* invaſit, capilli obrigeſcunt, juxta illud: Obſtupui, ſteteruntq; comæ, & vox faucibus hæſit: quando *Idea timoris* in iis, qui mortem immoderatiùs metuunt, capillos unâ nocte facit canos, & ſimilia Unde concludendum potius, perfectius aliquid ibidem occultari. Et certè, ſi quis *Analogiam majoris mundi atq; minoris* paulò accuratius intuebitur, mirum omninò erit, niſi inter multas alias & hanc inventurus eſt ſimilitudinem, quod ſicut *in illo* id, quod ſummum nobis apparet, *ſtellæ ſunt*, ita *in hoc* idem ſint *capilli*; unde neſcio, an non putandum ſit, ita, *ut illis* ſua eſt virtus atque influentia, vicisſim & *his* aliquid ſimile tribuendum eſſe. Non enim fruſtra ſcriptum eſſe videtur, quod ille, cui alibi tribuitur, quod numeret

ſtellas, capillos quoque capitis noſtri numeraverit; quemadmodum nec myſterio caret, *quod Samſon* cum capillis ſuis robur ſuum & perdidiſſe & recepiſſe dicitur. Unde fortè factum eſt, ut in Italia illis, qui torquendi ſunt eo torturæ genere, quod la Veglia dicitur, ſi illos pertinaces fore ſuſpicio eſt, capilli omnes abradantur. Deinde *Cervi* quoque quamprimum Cornua eorum debitam incrementi perfectionem attigerunt, naturali libidinis æſtu fervere incipiunt, eademque cornua, ſi cum tenera adhuc exiſtunt & mollia inter cibos aſſumuntur, fœcunditatem hominum non parum promovent. Iſta autem analogicè capillis noſtris correſpondent, unde poſt diuturniorem paulò decoctionem idem ex ambobus provenit gluten & eadem gelatina. Atq; hîc de aliorum quoque brutorum cornibus atque ungulis aliquid dici poſſet, quibus cum capillis humanis major intercedit cognatio, ob parilem nempe durationem; cui accedit, quod in confectione olei & excoctione glutinis unus utrinque odor atque ſapor percipiatur. De iſtis autem atque ſimilibus obſervationibus, nec locus nec tempus plura loqui permittunt.

10. *Probatur, quod be-* H. Nunc quoque probandum erit, quod ſingula membra anhelitus benefi-

neficio de viribus ſingulorum mem- brorum participent? *neficio anhelitûs omniū membrorum virtutes omnibus membris indiviſim communicentur.*

M. Id probatur inde. Quia Aër iſte ſpirituoſus *uniformes* homini virtutes, motumq; vitalem verè *harmonicū* tribuit unde perpetua in omnibus membrorum actibus *conſonantia* oritur;& ſi alicubi vis facienda eſt,*una* per omnes artus ex coagmentato illuminante hoc ſpiritu exiſtit *operatio*, *quam ubiq; quaſi totam deprehendere licet*, *in omnibus partibus*, *ſicut in toto tota eſt*. Exemplum ejus virtutis, quam ideificam atque elaboratricem dicere licet, tunc occurrit, cum *ſola manus* ideam aliquam toti fœminæ eſſentiæ impreſſam effectivè communicare poteſt fœtui in illa corporis ejus parte, quam manus iſta in corpore proprio tetigerat: tum enim prægnans illa mater ideam concupiſcentiæ vel terroris ſui non primariò ſentit manui ſuæ imprimi, & manus illa tamen particeps illius facta & quidem totius, eandem ſpecificare poteſt.

H. Quomodo probari poteſt, Hominem *Lunaris quoq; luminis ejusve influentiæ* fieri participem? 11. *Oſtenditur, quid hoc loco conferat lumen Lunare, & quomodo id probari queat.*

M. Primò negari nequit, externam hominis conſtitutionem magna ex parte originem traxiſſe ex ſanguine lunari menſtruo, unde ſequitur, eundem cum *accidentaliter* ſaltem immuta-

mutatum eſſe fatendum ſit, ad ſui incrementum atq; conſervationem *Lunari quoq; influxu* opus habere, ut poſtmodum in homine magis magisque nobilitatus *Solaris tandem naturæ* fieri queat: quē ſcopum è contrario aſſequi non poterit, ſi quis continuatis imaginationibus nimium ſeſe applìcet atque alliget quaſi Lunari illi naturæ; hoc ipſo enim glorioſam illam im̄utationem omninò impedit, unde inſipiens factus, non niſi Lunaticâ tandem influentia gubernatur. Deinde irrefragabilis ſæpè docuit experientia, homines quosdam inveniri, quibus cogitationes ſuæ *quotannis* eodem tempore, quo Luna ad idem cœli punctum accedit, recurrant, eodem penitus ordine, quo antea: id quod aliqui *ſingulis menſibus*; & alii iterum quietiores *per ſingulas Lunæ quadraturas* perſentiſcunt. Niſi igitur Homo Lunari illo Lumine ejusq; influentia quadantenùs gubernaretur, unde quæſo talis *Idearum circulatio* procederet? aut quænam virtus alia easdem juxta Lunæ curſum dirigeret, ſtatisque temporibus, ad eas tandem perficiendas, reduceret?

Collo-

Colloquium Quintum.

De

Viva Vocis humanæ Virtute, ejuſq; tam origine quàm effectis.

H. CUm hactenus *aliqua* ſaltem attigerimus de natura loquelæ atque vocis *præliminaria*, jam porrò vox ipſa ſeſe nobis offert; in qua ſæpè mihi viſus ſum inveniſſe aliquid, quod ejus dependentiam *à ſemine noſtro* arguat: Daturne igitur fortasſis aliqua & hujus materiæ circulatio, unde aliqua ejusdem in vocem influentia oriatur?

1. *Quod hac deficiente ſermo quoq; debito vigore careat.*

M. Sic omninò videtur. Vox enim *infantis atq; pueri* quantum quæſo differt *à voce Adoleſcentis*, quem ob majorem in ipſo virtutis plaſticæ perfectionem pubuiſſe dicimus? Et hîc præcipuè notandum, quod in infantulis teneriòribus nulla adhuc inveniatur *gutturis aſperitas*, quæ multum contribuit ad veram literæ caninæ pronunciationem; unde ſi talis puellulus cogatur ad iſtam literæ R. prolationem, eundem palleſcere, & ſæpè in morbum incidere videmus: hæc enim litera à perfectiori virtute ſeminali admodum dependet, unde nec caſtrati ad vivum illam expri-

mere queunt. Cum igitur *puber* dici poteſt homo, *vox ejus immutatur*, quod nempe de vi illa ſeminali participet; & contra, vigore ſuo iterum privatur eadem, quia ſublato ſemine, ejusdem quoque influxum ceſſare oportet. Et tum omnia ſimul hominis membra notabiliter imutantur atq; decreſcunt, nec unquam procreſcere poteſt in tali homine barba. Ubi enim non eſt virtus prolifica, ibi non poteſt eſſe proles; & ubi non eſt perfectio materiæ, ibi non eſt perfectio corporis, unde nec perfectio vocis.

2. *Quomodo loquela aliquando in homine deficiat, & quam notabilia tum concurrant accidentia.*

Atque hîc non poſſum non facere mentionem cujusdam rei, quæ non adeò communiter obſervari ſolet. Si quis *nimium de rebus profundioribus loquendo* vim ſibi intulerit, atque adeò valdè fuerit defatigatus, fieri quandoque quàm facillimè ſolet, ut ille in aliquot dies loquelæ uſum planè deperdat, cum linguam tamen interea pro lubitu movere queat: & tum leniori *quadam tuſſi* laborare incipit, *cum defluente, ſubdulci quodam albicante atq; viſcoſo phlegmate, expuibili*; quod facilè ipſum interimere poteſt, niſi in tempore commoda adhibuerit remedia; in iſto enim phlegmate præcipua pars humanarum virium, imò ipſius vitæ, conſiſtere deprehenditur, quæ, ut in Gonorrhæa communi, admo-

admodum imminuitur: id quod et inde patet, quod, ſi beneficio quietis, ſilentii, & medicamenti, præſertim *Balſami ſulphuris optimi* malum iſtud imminuatur, & homo vocem ſuam paululum recuperet, ille tamen, quotiescunque rurſum de prædicto phlegmate aliquid exſcreaverit, *recidivam patiatur*; idq; donec tantundem fuerit productum atque in exſcreati locum reſtitutum. Atque hîc notandum, *ſaporem* iſtius Phlegmatis *naturalem*, ſimilem eſſe ſapori farinæ triticeæ; quæ, quod notabile, aquâ affusâ in maſſam tenuem glutinoſam redacta, odore planè convenit cum materia ſeminali hominis: Et quod magis mirum videtur, ſi quis tali morbo affectus pane triticeo azymo veſcatur, leniri ſibi malum ſentiet, atque imminui; cùm è contrario ſi panem comederit fermentatum, augeri morbum ſentiat, tusſimque & exſcreandi necesſitatem ingraveſcere. Si igitur hoc loco aliquis ad manus reaſſumeret *nobiliſſimam illam Macrocoſmi atq; Microcoſmi analogiam*, non dubium eſt, qùin ille ſit obſervaturus, quanta ſit inter trìticum verum, quod ſemen quaſi eſt majoris mundi, & inter triticum microcoſmicum cognatio, præſertim ſi paulò accuratius conſideraverit, quomodo

3. Digreſſio de Analogia Microcoſmi & Macrocoſmi quoad iſta.

hoc per *illud* augeri atque confortari ſoleat, & quomodo *hoc ipſum* non aliter per varias mortificatorias digeſtiones ex ignobiliori ſemper materia tandem ad ſuam aſcendat exaltationem atque perfectionem, quam *illud* quoque ex ignobiliori frumento, adhibitâ, per varias in varios agros transplantationes, mortificatione variâ, ad iſtud perfectioris frumenti culmen aſcendere ſolet. Sed de his plura adjicere locus non patitur. Sufficit enim, quod oſtenſum ſit, Vocem noſtram à Virtute noſtra plaſtica inſigniter dependere, *vimq; ſuam plaſticam* non niſi ab hac accipere.

H. Quomodo autem ſeminalis ille liquor dici poteſt influere in vocem hominis?

M. 'Id facilè intelligi poterit, ſi quis conſideret, prædictam illam materiam, *in qua totius hominis eſſentia* occultatur, niſi ad actum generationis applicetur, non poſſe non in ſpiritum evaneſcere atque diſſipari tenuiſſimum, cum enim novum ſemper ipſi incrementum accedat, niſi ſuo ordine, quod nimis maturuit, iterum diſtribuatur, quodnam in humano corpore ſtatui poſſet regimen? hâc autem diſtributione poſitâ, fieri non poterit, quin ſimul etiam vis illa pla-

4. *Quod iſtud ſermonis Requiſitum de tota hominis eſſentia participet.*

plaſtica, indiviſim undiquaque circulari ſtatuatur, atq; diſtribui.

H. Quomodo autem probatur ibidem totam hominis eſſentiam latere, cum certum ſit *ſolum marem* ad propagationem ſpeciei non ſufficere?

M. Id ex eo manifeſtum eſt, quod ſæpè, cùm in conceptu præpollet vis maſcula, *infans progenitus Patri ſuo planè ſit ſimilis*, non facie ſaltem ſed & natura atq; ingenio. 5. *Demonſtratur ex ſimilitudine liberorum cum Patribus ſuis.*

H. Quid ſi tale quid fiat, ſi Mater prægnans, *Fœminam quandam* (ſuæ familiæ ultimam) *peramans* ejusdem ideam fœtui ſuo imprimat, ut ille in lucem editus, *amatæ iſti* planè ſit ſimilis? id quod & in Viris per imaginationem eveniſſe deprehenſum eſt. 6. *Digreſſio de ſimilitudine liberorum cum fœminis aliis.*

M. Hoc aliunde non provenit, quam quod *omnis homo totam ſuam virtutem vitalem indeſinenter ex ſeſe radiando emittat*, unde ſequitur, eum, qui iſtam in ſeſe aſſumit atque quaſi concipit, participem quoque fieri poſſe totius illius; idque per ſolum viſum.

H. Poteritne *Idea* quædam ſemel concepta, tantam habere in homine facultatem? 7. *Et inde de virtute Idearum.*

M. Quod non Ideæ tantùm *illæ, quæ ab homine*, ſive per vocem, ſive per totius diradiationem, *emanant*, ſed

ſed & *quæ ex lapidibus aliisq; ſimilibus* procedunt, miram habeant in illâ, quæ ipſas ſuſcepit vitâ, vim, multis exemplis demonſtrari poteſt. Si enim, verbi gratia, *Equæ cuidam* per paucos dies Caballus pulcherrimè depictus proponatur, & ita quidem, ut illius ſpecies non niſi *per Aquam* refracta viſum ejus afficiat, tunc certè colores illi, qui tamen juxta communem loquendi morem, rebus inanimatis annumerantur, tantam in hoc animante progenerant Ideam, ut facto deinceps vero conceptu, fœtus in lucem editus picturam illam exactisſimè referat. Atque huc quoq; ſpectat notisſima illa *Patriarchæ Jacobi* inventio. Porrò ſi quis ad homines perveniat, quamplurima ſanè exempla fœminarum reperiet, quæ ſi *maritos prioris matrimonii* debitè amaverint, eorumq; Ideâ potiùs quam ſemine imprægnatæ fuerint, cum ad ſecundas nuptias accedunt, liberos progenerant *prioribus maritis* quam ſimillimos. Atq; talis Idea non ſtatim, *finita prima operatione, emoritur.* *Equa* enim ex primo conceptu *ab aſino* facto *mulum* quidem parit; conceptu etiam, & quidem adhibito equo, iterato, *Equus* naſcitur, ſed talis, in quo manifeſtò inſignes reperiuntur, de priori *Ideâ Aſininâ*, reliquiæ, unde tales E-

8. *Earumq; duratione.*

qui

qui à tolerantia, aliisq; ſimilibus qualitatibus laudari ſolent. Id quod & in aliorum animantium, præſertim *columbarum ſpecie* fieri videmus: ex nigro enim columbo & alba columba plerumque primò pulli excluduntur, quorum alii planè nigri alii planè albi ſunt; poſtmodum verò, ſi nigri iſti cum nigris, & albi cum albis copulantur, tum demum pullos maculatos naſci apparet. Id quod etiam *in arborum inſitione* natura quandantenus imitatur, quando ex combinatis rubris atque albicantibus fructibus ſecunda demum inſitione mixtura colorum provenit. *In hominibus* autem talia quoque non deſunt exempla: Si enim Hiſpanus quidam Luſitanusve ſenior paululum, & nigricante facie, uxorem ducat colore albicanti, primò quidem, ſi vis fœminea prædominetur, etiam *liberi albicant*, matri quippe & naturâ & facie ſimiles, *qui* poſtmodum tamen, quamvis cum albicantibus iterum copulati, *ſubnigros iterum patri ſuo* progenerant nepotes, ſimiles nempe ei non facie tantùm, ſed & ingenio: id quod aliquando in tertia demum generatione factum eſſe deprehenſum eſt.

H. Daturne igitur adhuc aliqua inter Ideam hominis, ſive factis ſive verbis 9. *An Idea Sympathiam*

cum ſuo exemplari admittat, & quomodo illud probetur.

verbis eradiatam, & inter exemplar ejus ipſum nempe hominem, *Sympathia & cognatio?*

M. Si quis in veras Sympathiæ cauſas paulò accuratiùs inquirat, inter alia inveniet: (1.) quod ea, quæ aliquando *vitaliter fuerunt unita,* eorundemque ſpirituum influxu vivificata, quamvis poſtmodum ſeparentur, ſemper tamen aliquam retineant *cognationem, atq; Sympathiam,* ſive illa ipſo actu ſeſe exerat ſive minùs. Unde in notisſimo illo Exemplo, *Naſus ille* ex alio homine in alienam carnem transplantatus tùm in vivo homine computruiſſe dicitur, cùm alter ille alibi putreſceret in ſepulchro, ex quo facta erat exſectio. Huc pertinet, quod in Belgio accidiſſe memini in Clerico quodam, cui ob gangrænam Chirurgus *crus* reſecuerat; quo facto, cùm in alio conclavi quidam cultello in membrum illud reſectum, quod quaſi pro mortuo habebatur, ſcinderent, ægrotus cum ſummo dolore, ſectiones omnes ſentire, locumque abſens oſtendere poterat, quo factæ eſſent, quaſi illud ipſum crus à corpore ejus nunquam fuiſſet ſeparatum. Ad eum fermè modum alius quidam militiâ clarus, cùm *crus* ipſius tormenti ictu ablatum muro alicui inſertum eſſet, non prius

ſentire poterat à ſummis doloribus levamen, quam illud exemtum atq; ſepultum eſſet: & ſimilia exempla infinita fere hinc inde occurrunt, ut taceam de Curis Magneticis, per *unguentum armarium*, *lignum vulnerarium*, *pulverem Sympatheticum*, aliaq; ſimilia factis, cum de talibus apud alios tam Italos quàm cæterarum Nationum Autores prolixè agatur. 2. deprehenſum eſt, in Natura neceſſariò inveniri *ſpiritum aliqvem viventem*, cui multæ operationes Sympatheticæ videntur eſſe adſcribendæ, cùm illæ craſſioribus aliis & corporalibus loquendi modis explicari nequeant. Verbi gratia, cùm in duabus Teſtudinibùs *duæ chordæ conſonantes*, non commotis intermediis aliis, ſympatheticè moventur; id quod in aliis quoque inſtrumentis Muſicis fieri certum eſt; item, cum florente vite vel hordeo in cellis *vina atq; cereviſiæ* mutari incipiunt, quamvis illa per mare in ea loca, ubi vineæ non inveniuntur, ſint perlata; & quæ ſunt hujus generis alia. Ex iſtis jam faciliùs fieri poterit judicium, an detur adhuc *Sympathia quædam, inter Ideam*, quæ ſanè pro re penitus immateriali non eſt habenda, *ejusq; Exemplar.* Si igitur *per ſimilia* quis in rem inquirere velit, ille primò notare poterit, *Nævum*

vum quemcunq; maternum ſi ille de fructibus quales ſunt uvæ, ceraſa, mora & ſimiles, extiterit, Sympathiam ſemper retinere cum ſuis arboribus, illisque mutatis mutari: unde quadantenus concludendum videtur, quod ſicut ſe habet idea fructus in corpore hominis ad ſuum exemplar nempe arborem, ita quoque ſe habeat idea boni vel mali in alio quodam concepta ad ſuum exemplar, nempe hominem illius autorem: idque tanto magis cum ibi ſit *Sympathia inter individuum & totam ſpeciem*, hîc verò non alia requiratur, quàm *inter individuum & individuum*. Aliud & quidem vicinius ſimile nobis exhibebit ſequens hiſtoria: Cum Sueci in Bavaria eſſent, duo quidam Equites ex turma magiſtri cujusdam Equitum notìsſimi fortè fortuna domum aliquam ingresſi cum inventâ in ſtramine ſuo fœminâ mortuâ concumbere non fuerant veriti, è quibus alter quidem non iterum comparuit, alter verò per menſem, & quod excedit, carro vectus turmam ſecutus eſt, ob fœdisſimum nempe, ex facto illo contractum morbum, qui eum quoque è vivis ſuſtulit: totum autem corpus ejus undiquaque *magnis ſcatebat tuberibus*, ex quibus apertis, *vivi* prorepebant *vermes* e-

jus-

jusdem ſpeciei, cum illis qui è *putreſcentibus demortuis* prorepere ſolent: unde quilibet putabat, morbum iſtum non aliunde traxiſſe originem, quam ex fœmina illa mortua, *in qua,* cum citra abominationem vitaliter cum ejus cadavere copularetur, *aliquid reliquiſſe* putabatur inſeparabiliter, *in quod* poſtmodum mors illa ſuum exercere potuerit imperium, quodque quamvis à corpore ejus ſeparatum *naturalem* tamen *Sympathiam* eo ipſo *amittere non potuerit.* Simile quid, ſed ſenſu contrario *quietiores aliqui, piiq; & meditabundi Chriſtiani* in ſeſe deprehendunt, quod nempe *talis* maneat inter ipſos & excuſſam à ſe ad generationem vim ſpermaticam, *cognatio atq; Sympathia,* ut eo tempore quo exinde fœtus in utero augetur atque formatur, ſemper accuratè ante oculos habeant, *quomodo omnes illius artus* atque partes, tam internæ quàm externæ, ne minimis quidem venulis exceptis *efformentur:* id quod nec iis, qui inter Judæos Rabbini audiunt, ignotum eſt, qui tamen, cum ea ſe ſolos noſſe putent, omnia pro ſummis arcanis habent, unde & inter primas Cabbalæ ſuæ partes eam numerant, quam dicunt *Cognitionem formationis hominis in utero.* Simili ergo ratione Sympa-

thia

thia quoque ſtatuenda videtur, inter ſpermaticam ſpiritualis propagationis materiam, *Ideam nempe, & Efficientem* ejus. Atque hæc ſola videtur eſſe cauſa, quod homines quidam, *ardentius ſeſe peramantes* ſuas invicem cogitationes ſæpè quam exactiſſimè ſcire queant, quamvis nulla extiterint ſigna externa, ex quibus eædem potuiſſent colligi: Item quod *Uxores quædam Zelotypiæ flammis exuſtæ* intentionem atque ſtudia Maritorum ſuorum quandoque, non niſi dictante animo, exactè pernoſcant; non ullâ exiſtente ab extra occaſione tale quid ſuſpicandi: prout utroque in caſu teſtis omni exceptione major eſt experientia etiam accuratiùs examinata. Quod ad *ſanguinem* illum attinet, *qui ex cadavere occiſi* profluit, ſi ad illud interfector acceſſerit, illum accurato cujuslibet judicio conſiderandum relinquo, cum ſimilibus multis aliis, quæ præcipuè apud eos accurrunt ſive per ſomnia ſive multis aliis modis, qui ſilentio & quieti dediti à turbulentis ſive negotiis ſive curis non impediuntur, quo minus talia multa queant percipere.

H. An non iſta pro his, qui minus ſunt in ſimilibus exercitati, craſſiori aliquo exemplo, paulò clariùs poſſunt explicari?

M. Quam-

M. Quamvis ſpiritualia iſta modo craſſo atque palpabili non propriè & fundamentaliter declarari queant, conabor tamen, ut aſſumto *Aëris* exemplo, quo mediante (non excluſo tamen lumine) omnes ideæ, ne propria quidem exceptâ, indiſſolubili nexu nobis imprimuntur, res aliquantò fiat clarior. Si igitur *inter nos inſigne aliquod interceſſiſſet ſcandalum*, poſſetne fieri, ut ideæ illæ noſtræ, quas tum alter alteri impresſiſſet, in nobis poſſent annihilari, adeò ut ab iis utrinque liberaremur, nec quamdiu intellectus in nobis ſupereſſet, quicquam ex illis in animum noſtrum recurreret? annon potiùs putandum eſt fore, ut illæ in nobis ſemper magis magisq; *elaborentur*?

H. Id mihi quidem non videtur negandum; licet *elaborationem* illam nondum rectè intelligam. Sed id mihi videtur dubium, an hæc fieri poſſint *nobis* procul ab invicem *ſeparatis*.

M. Poteritne talis aliqua *ſeparatio* concipi eſſe posſibilis, ut non *connectens utrumq; Teſtis aliquis* utriq; præſens maneat, cujus corpus nullâ disjungi vel ſeparari posſit diſtantia? 10. *De medio hanc Sympathiam conſervante & promovente.*

H. *Hunc teſtem* neceſſe eſſet, ut viderem atq; cognoſcerem, antequam aliquid hic vel affirmare vel negare poſſem.

M. Quid

M. Quid ſi igitur *intellectu* tuo eundem videres atque cognoſceres, nunquid iſtud tibi ſufficeret?

H. De hoc quidem nullum eſt dubium, cum propriè loquendo cognitio nulla detur alia, quàm quæ *Intellectu fit.*

M. Cum igitur nemo negare queat, quod Ineffabilis Deus noſter, ex infinito Amore, ſapientiaque & potentia immenſa, *creaturas ſuas* ita conſtituerit, ut ſingulæ ſuum aſſequi poſſint finem ad quem creatæ ſunt; hinc certum omninò videtur eſſe conſequens, quod *illæ non poſſint eſſe entia quaſi mortua, adeoq; rigida atq; inſenſata*, ſed vitam quandam in ſeſe habeant, penetrandi atque movendi facultate præditam. Quemadmodum ergò actiones noſtræ dum adhuc in utero vivimus materno non omninò latent *matrem noſtram*, quis dicere audeat, easdem cum adolevimus latere *Matrem illam magnam*, Naturam nimirum Univerſi?

H. Hoc certum eſt omninò, quod matres ægrotent, & contriſtentur, cùm embryones malè ſe habent ſive circa incrementum ſive circa partum: & è contrario gaudeant, ſi benè ſe habere infantulum ſuum per omnia ſenſerint. Quod autem *ad vi-*

tam Naturæ attinet, de illa ulteriorem deſidero informationem.

M. Poteritne igitur aliquis concipere, *Aërem* cujus eſſentia verè nobilem, penetrantem atque activam ubique ſeſe oſtendit, *absq; omni ordine* in turpisſima confuſione *conſiſtere?*

H. Iſtud ego quidem non dixero: cum ſciam in illum & per illum tot virtutes cælorum in nos influere, in illo quoque Terram cum Aquis & omnibus creaturis ſuis congruo ſemper ordine moveri; imò in interioribus ejus recesſibus tam nobilem aliquam latere eſſentiam, ut illam non ſatis potuerim mirari. Si enim, (prout in charta 35. videri poteſt,) è *vitro A* extrahatur per Siphonem una Aëris uncia, eaque mox in *Vitrum B* intrudatur, quod etiam propterea hâc unciâ fit gravius, fieri ſolet, ut ſi illi *vitro A* (in quod propter clauſum *epiſtomium C*, in *operculo æneo D*, interea nihil extraneum penetrare potuit) adaptetur *tubulus æneus EE*, aqua repletus, cui circa F & G ſua quoque ſunt *epiſtomia*, atque iſte inſeratur *vaſi cuidam H*, aquâ itidem pleno; fieri inquam, ſolet, ut apertis epiſtomiis, nobilis illa in Aëre latens Eſſentia, ex prædicto vaſe *viginti duas menſuras Aquæ in altum attrahat*, (quantum nempe Vitrum capere poterat) donec vi-

trum illud A penitus ſit repletum. Porrò, ſi *in tubo vitreo I K*, qui hydrargyro primum fuerat plenus, *hydrargyrum L L,* (poſtquam, aperto inferiori tubi foramine, in aliud *vaſculum M.* hydrargyro ſimiliter repletum ſeſe exonerare potuerat,) *ſpatium* reliquerit N O: (in quo nullus aër craſſior ſed interior ſaltem ejus quaſi nucleus exiſtere poteſt) tum fiet, ut nobilis illa eſſentia, quam primum tubus paululum ſaltem à perpendiculo *inclinatus fuerit, ut in R P Q. hydrargyrum P. Q. cum impetu in altum rapiat,* totumq; adeo tubum adimpleat, ut non appareat, quo ipſa jam loco contineatur: idque fiet quotiescunque experimentum fuerit repetitum. Unde facilè apparet, *quam nobile ſit illud ſpirituoſum, quod Deus Aëri implantavit,* cum illud corpora omnia tam gravia tam facilè regere atque movere queat.

M. Ex iſtis igitur concludendum Tibi erit, *magnam illam Matrem noſtram, Terram nempe, cum circumſtante undiquaq; Aëre,* per omnes ſuas partes ſenſu præditam adeoq; animatam eſſe.

H. Illud negare non potero, ſi legitimè circa ordinem creationis atq conſervationis verſari velim.

M. Quomodo ergo poſſibile erit

ut no

ut nos, tanquam duo fœtus, ejus utero adhuc contenti, ab ea ſeparemur, licet multis millibus milliarium ab invicem diſcederemus? annon enim idem fieret ſaltem, ac ſi quis in lectulo ſuo, facie tantum conversâ, uno tamen eodemq; loco decumbens permanet? Non poſſumus enim quamvis ſeparati, vitâ ejus carere, qua uniuntur omnia, *unde nec Sympathia carebimus*: æquè ac fœtus in utero carere non poteſt vita materna, quæ pari ratione in geminis principium Sympathiæ eſt.

H. Jam *cùm* poſt longam hanc digreſſionem *ad vocem hominis redeundum ſit*, per quam tam efficaciter quam plurimæ propagantur ideæ, id concludo: quod illa cum perfecta eſt, admirandâ quadam vitali atque penetrantisſima polleat virtute. Ubi quidem alia adhuc occurrit quæſtio, annon *Vox aliqua* tam viva tamq; potens, prædita eſſe posſit, *facultate ſedandi atq; mitigandi* omnes violentas animi pasſiones? 11. *Regreſſus ad vivam hominis vocem.*

M. Id quidem non videtur negari poſſe: ſi illa modò prudenter atque modeſtè adhibeatur, atque natura & idea propoſiti affectus *debitè concipiatur* atque intelligatur. Si enim quondam inventa ſunt exempla eorum, qui Muſices inſtrumentalis benefi- 12. *Quomodo illa affectus vehementiores mitigare queat.*

cio animum hominis variis modis lenire atq; movere potuerunt: quanto magis vox humana, ſi ea moderante prudentia è vivo prorumpat ſpiritu, virtutem habebit non ea tantum, ſed longè majora efficiendi. De modo autem procedendi in talibus, ob brevitatis ſtudium, nihil hoc loco dici poteſt.

13. *Et qua ratione à ſimulata fictaque voce diſcerni poſſit.*

H. Quomodo autem *vox vera atq; genuina* diſcerni commodè poteſt à *fictitia atq; hypocritica*, & eâ qua mendaces utuntur.

M. Ad iſtud non magno opus eſt artificio: *vulgaris* enim quilibet mendax, facillimè ſeſe prodit per aliquot hæſitationes, aliosque quosdam geſtus, qui in ipſo coacti ſemper ſunt, nec naturales: *ſi quis audacior eſt,* ille beneficio paucarum quæſtionum, ex improviſo ipſi propoſitarum facilè deprehendi poteſt: qui *politici* ſunt, naturamque vivæ veræq; vocis omnì conatu imitari ſtudent, eos, vel torpentes quaſi atque obſcuri eorum oculi, quibus nullum omninò lumen ineſſe videtur; vel oculi alterius generis, quos verè nequam appellare licet; vel denique ſigna quædam alia minora produnt, quæ à candidis ſi paulò ſint prudentiores facilè, ab aliis difficiliùs obſervari poſſunt. Veritas enim coactione & violentia non indiget, ſed

ſed *vivam rerum ideam*, prout illa ab animo concepta eſt, ſimplicisſimam atque *nudam exponit*; cum ex àdverſo, mendacem, in quo nulla veritatis idea invenitur, ſibi vìm inferre oporteat, ut ex eo, quod nihil eſt, fingat aliquid eſſe; aſſumtis in abſentis materiæ locum de ipſa eſſentia ſua quibusdam quaſi particulis.

Tempus autem monere videtur, ut in viam redeamus, à qua nimium ferè recesſimus: utque ipſum ad manus revocemus propoſitum: quod in eo potisſimùm conſiſtit, ut oſtendamus, *iſtam linguæ vocisq; noſtræ naturam præclarè expreſſam eſſe in Alphabeto Hebraico.*

Colloquium Sextum.

In quo

Ipſæ Alphabeti Hebraici literæ cum annexa vocalium deſcriptione explicantur.

H. JAm magis ſemper, magisq; creſcit meum circa hæc deſiderium, dum nempe poſt longos in iſtis incertitudinis fluctibus errores Portum tandem veritatis ante oculos habeo, meq; in terram firmam mox deſcenſurum eſſe video.

1. In genere, ubi excuſatio adjicitur, quod unica ſaltem adhibita fuerit figura.

M. Antequam hoc fieri poterit, hîc prius monenda erunt quædam: Nempe 1. Nos ut Lectori eò citiùs ſatisfieret, *una ſaltem uſos eſſe figura humani oris* ad omnes omnium literarum picturas; cum tamen, ſi accuratè omnia fieri debuiſſent ſingulæ literæ propriis inſerendæ fuiſſent facierum ſuarum ſchematibus, cum novis ſemper dimenſionibus atq; variationibus oris, labiorum, genarum, menti, atque juguli; iisque ubique ad vivum expresſis. Sicut autem eſurienti propterea non diutiùs negandus eſt cibus, quod fortè ad ornatiùs miniſtranda fercula non ſufficiat diſcorum numerus: ita rectiùs fore putavimus, ſi res ipſa cum quadã imperfectione proponeretur, quam ſi propter accidentalem aliquem defectũ diutiùs lateret in tenebris. 2. De *pronunciatione Nominum,* quæ literis vulgò tribui ſolent, ſciendum, nos in eadem modo Schindlerum modo Balmeſium ſecutos eſſe. 3. In genere de omnibus figuris notandum, in earum compoſitione quandoque non integras linguas, ſed *reſectas tantûm adhiberi particulas*, eoque indigitari, illius motum tum ſaltem hâc ipſâ particulâ perfici reliquis partibus interea quieſcentibus. In illa parte

2. Simulq; ponitur, quosnam Autores in pronunciandis literarum Nominibus potiſſimum ſecutus ſit Autor.

3. Et quare

parte ſigurarum ; quæ mitræ limbum refert, *ſingularum literarum diverſi appoſiti ſunt characteres*, & quidem n. 1. ſicubi neceſſarium eſt figuræ literarum *Begadchephath* exhibentur, cum illæ lenius ſunt pronunciandæ, quibus ſuo loco adjicitur Sin, & ob certam aliquam cauſam Mem finale clauſum. n. 2. exhibet literas commnes *Aſſyriacas*, quas quadratas dicunt, juxta Balmeſium, cum variationibus quibusdam ex eodem; n. 3. exprimitur antiquum aliquod Alphabethum *juxta Scripturam tranſitus fluvii*, quod in libro quodam vetuſtisſimo inventum eſſe idem Autor tradit: n. 4. depinguntur antiquæ Hebræorum literæ communiores olim, prout nimirum in *antiquis numiſmatibus* reperiuntur, quæ cum hodiernis Samaritanis ùtplurimum concordant. Ex iſtis illi pro lubitu cum noſtris conferri poterunt, ut veritate intellecta quid in illis rectum ſit quid minus, eò commodiùs appareat.

interdum ſaltem linguarum particulæ adhibeantur.

4. *Quid ſibi velint figuræ in mitra figurarum?*

H. Quid autem in ſpecie circa ſingulas literas obſervandum eſt?

M. Primò literarum *poteſtas* traditur; ſecundò earum *figura* exprimitur, quomodo nimirum illa è ſitu motuq; linguæ atque ſpiritûs oriatur; tertiò *Nomen* earum, & quantum illud ad efformationem figuræ conducat,

5. *In ſpecie traditur, quid obſervandum ſit circa ſingulas literas.*

 cat,

cat, exponitur; ubi tamen liberum erit cuique de iſta cognatione ſuum ubivis interponere judicium, cum illa non tam ad ipſam rei veritatem, quàm ad ejusdem illuſtrationem faciat. quartò *Nominis* etiam *Interpretatio* adjicitur, & quintò tandem continuata literarum *connexio*, juxta quam concatenato ſemper ordine ſubſequens quæcunque è præcedente, velut è matre ſoboles, progeneratur. Et quamvis ad ſingulas adjicienda fuiſſet *ſignificatio myſtica*, quæ in compoſitione quaſi vita totius ſententiæ eſſe videtur, illa tamen in brevi hac delineatione commodè tradi non potuit. Si quis autem radices Hebraicas cum judicio ſæpè perlegere contenderit, ille procul dubio tandem inveniet, in concurſu earundem Radicalium analogicam aliquam occurrere concordantiam ſignificationis, ex qua ſemper magis magisque deprehendi poterit, quantum *hæc vel illa litera* ad illam ſignificationem naturaliter conferat, tandemq; apparebit, in quo potiſſimùm *ejus* natura conſiſtat.

6. Ipſa explicatio literarum ſpecialiſſima propo-[illegible]

H. Nunc igitur de ſpeciali literarum explicatione ſermo tandem inſtitui poſſe videtur: ſit ergò prima de prima litera quæſtio, quænam ſit ejus *poteſtas*?

M. Hîc evolvenda erit figura 1.

qua

qua Dux ille ac Pater reliquarum literarum omnium depictus eſt. Sciendum ergò *literam Aleph* initium potius ſonorum omnium, quam ſonum eſſe propriè dictum, ſicut punctum initium potius quantitatis continuæ quam quantitas dicendum eſt, & unitas initium rectius numerorum quam numerùs dicitur. Efformatio ejus non in gutture vel pectore, ſed ex gutture pronata in ore perficitur: eaque, cum in reliquis literis ubique compoſitio occurrat, ſimplex omninò eſt, nec unquam actuali motu deſtituitur, quamvis ille occultus ſit admodum.

H. Quisnam autem hîc *linguæ motus* eſt, & quomodo exinde *figura* hujus literæ exurgit?

M. Si ille paulò exactius conſideretur, tum apparebit, ùt in pictura habetur, linguam primò aliquantum extolli è quiete ſua; quia autem hæc litera Pater eſt reliquarum omnium, adeoque & pluribus opus habet perfectionibus, hinc illam per omnes Oris dimenſiones moveri videmus, ut ſemel inchoatum ſui motus circulum, debito naturalique ordine abſolvat: hinc aſcenſus ille Lingualis continuatur ad ſummam usque palati altitudinem, ubi etiam cum ulteriùs pergere non liceat, mucronem ita adpreſſum

aliquantulum dilatari videmus, unde in totâ linguâ & poſteriùs & anteriùs curvatura quædam exoritur: Hac violentia efficitur, ut juxta ax. 5. tota lingua violenter iterum deſcendat, & quidem longè infra locum quietis ſuæ: & quia illud absq; maxima oris apertura fieri nequit, juxta ax. 7. nec lingua in illo ſitu per naturam diu permanere queat, hinc juxta ax. 4. naturali motu iterum aſcendit in locum quietis, cumq; illa maxillæ leniter aſcendunt, ceſſante nimirum ut ſolet in fine actionis, impetu: unde etiam tandem non planè clauduntur labia. Atq; eá, quæ hic tam prolixè deſcribuntur, uno fermè perficiuntur momento, nec obſervari queunt commodè, niſi quis, quod facilè fieri poteſt, hos motus tardè velit imitari. Inde jam configuratio literæ hujus facilè intelligi poteſt: Aſcendens nimirum lingua, medium; palato affixa dextrum, & tandem ad quietem revertens, ſiniſtrum locum occupant; ſitu omnia naturali: & hæc configuratio juxta ax. 9. nunquam diminuitur.

H. Quare ab Antiquis hæc litera appellata eſt *Aleph?*

M. Quia quævis hujus vocabuli litera ad efformationem figuræ ſuæ aliquid conferre videtur. *Obſcurum*

enim

enim Æ mox ab initio motûs aſcendente linguâ percipitur, ubi prorumpens per cavum ejus halitus communiter ſonum tam obſcurum producere poteſt, qualis per vocalem *Kametz* deſignari ſolet. *Lamed* media nominis, & ſimul quaſi Alphabeti litera in media actione apertè ſatis in medium prodit, cum lingua nempe ad ſummum elevata eſt: *Imum E,* quod ἦτα Græcorum ſono refert, in deſcenſu linguæ ad imum oris obſervatur: & *Pe* lene ex naturali maxillarum ad quietem reditu, ubi leniſſimo quaſi flatui locus relinquitur, reſultat: hîc enim labia tam arctè non clauduntur, ut in efformanda litera M. Fortaſſis Antqui id quoq; obſervari voluerunt, quod ultimæ hujus literæ poteſtas idoneum reddat os noſtrum, ad incipiendum ſequentem literam Beth; idque juxta ipſum naturæ ductum: atq; hoc in univerſum de omnibus Nominum finalibus notari poteſt, qui quaſi proprii illi ſunt annuli, ex quibus catena totius ordinis atq; connexionis producitur.

H. Quæam eſt hujus *Nominis ſignificatio?*

M. Quidam illud per *Doctrinam* exponunt, eò quod ex iſtâ literâ quaſi ſequentes omnes addiſci debeant: aliis *Taurum* denotat, quod Aleph

quaſi Ductor ſit totius literarum gregis: Quibusdam idem ſonat *ac Princeps,* ob ſimilem analogiam. Eſt quoque aliqua ejus ſignificatio, quæ numerum *millenarium* reſpicit.

H. Quomodo tandem prima hæc litera cum ſequenti ſecunda *connectitur,* & quomodo hæc ex illa quaſi naſci dicenda eſt?

M. Ultimus primæ literæ actus conſiſtit in leni oris concluſione, conſentientibus ibi linguâ atque labiis; atque tum totum Os noſtrum ita conformatum eſt, prout ad incipiendum ſequentis literæ actum conformandum erat: unde non incongruè litera Beth primæ illius fœtus atq; ſoboles dici poſſet.

H. Jam ad iconem 2. reſpicio, atque ut, ex illâ, ſecunda *litera Beth* explicetur, peto; adeoq; primum quæro, quænam ſit illius *Poteſtas*?

M. Illa à pronunciatione literæ B. Latinæ nihil differt; eſtque muta ex illis, quæ Labiales communiter cognominantur.

H. Quænam hîc Linguæ eſt actio, & qua ratione ex illâ *figura* ejus exoritur?

M. Quando os noſtrum è ſua quiete ad aperturam atq; motionem procedit, lingua cum maximâ corporis ſui parte, validè admodum palato applica-

plicatur, adeò, ut propterea mucro ejus antrorſum quadanterius incurvetur: cum autem hic non ſit ſitus ejus naturalis, neceſſe eſt, ut cum impetu juxta ax. 5. celeriter iterum delabatur, ubi ex iſto lapſu mucro ejus iterum paululum aſſurgit. Atque hinc facilè eſt admodum figuram hujus literæ addiſcere: ſuperior enim illius pars imago eſt linguæ ſuperiùs applicitæ, inferior, linguam delapſam exhibet. Hîc autem notandum, quod, cum Lingua tam violenter à Palato reſultat, ſpiritus è gutture ad ſuperiorem dentium ordinem alliſus reciprocetur ſub ipſam linguam, unde aliqua huic literæ connaſcitur *durities:* ſi autem lingua, prout in Syncipite figuræ n. 1. expreſſa eſt, leniùs aliquantulum palato applicetur, ut mucro ejus nec illo in ſtatu curvaturâ opus habeat, nec in delapſu reſultantiâ aliquâ, ſonus literæ aliqua ex parte *miteſcit*, unde & *raphata* tum appellatur atq; *lenis*.

M Quam ob cauſam Veteres huic literæ nomen *Beth* indiderunt?

M. Probabile eſt illos in curvaturâ mucronis, cum lingua palato affixa hæret, analogiam aliquam reperiſſe cum litera *Jod*; deſcenſum quoque obſervaſſe videntur ulterius non fieri quam ad aperturam usque, quæ re-

quiritur ad formandam vocalem *magnam E*; tandem literam *Thau* adjecerunt, cujus ratio ut in hâc ita in aliis literis non una videtur: primò enim hâc ipsâ quandoque applicatio partis poſt-mucronalis ad palatum, vel alias partes ſuperiores, deinde quoque aliquando mucronis in deſcenſu alliſio violenta, denotari videtur, (in iſtis enim motibus natura literæ hujus potisſimùm conſiſtit) tandem non rarò hâc ipſa commoditas tantùm oſtenditur ſequentem literam cum præcedente connectendi; Quæ rationes hîc omnes locum habere poſſe videntur. Vox Beth autem *domum* ſignificat.

H. Quomodo connexio hujus literæ cum ſubſequenti ex ipſa literæ natura deduci poteſt?

M. Finis actionis ejus conſiſtit in adſcenſu linguæ, in quo parum opus habet ut pergat, ad initia literæ *Gimel*, prout quilibet facilè judicare poterit.

H. In quo jam igitur conſiſtit *Poteſtas literæ Gimel*, & quomodo *figura* ejus ex linguæ motu juxta icon, 3. addiſci poteſt?

M. Hic traditur litera G, quæ quidem inter mutas palatinas numeratur, aliquantulum tamen aſperata eſt cum quadam risûs analogiâ. Atque

hîc

hîc lingua firmiter premitur ad ſuperiora palati, præcipuè cum robore partis poſtmucronalis ita tamen ut ſuperiori parte quaſi excavata ad modum canalis, ab expirato aëre cum adſpirante ſonitu perſtrìngatur: quia autem preſſura potisſimùm fit parte poſtmucronali, hinc fieri ſolet, ut mucro ipſe aliquantum profundiùs dependeat, idque incurvatâ paululum antrorſum parte extremâ: ubi ſimul quoque ex illo impetu dorſum linguæ patitur, protenſo nimirum verſus anteriora ventre, unde & partes radicales tantillum inſimul elevantur: finitâ hac ìn ſummitate oris actione, juxta axiom. 5. deſcendendum eſt linguæ ad imum usque, unde mox aſcenſus exoritur alius cum quadam elevatione mucronis. Hic quoque notandum, quod linguâ à palato reſiliente ſpiritus ad ſummos dentes evibratus ſub linguam usque repercutiatur, unde & hæc litera paululum *indureſcit*. Si autem actio linguæ prima non ſit tam violenta, ut mucro propterea verſus anteriora incurvetur, nec facto deſcenſu rurſum exurgat, prout in figuræ ſyncipite num. 1. apparet, litera *lenior* eſt & dicitur.

H. Quare

H. Quare antiqui huic literæ nomen *Gimel* impoſuerunt, & quomodo hoc nomen connexionem ordinis indigitat?

M. Illi videntur reſpexiſſe ad ſequentia: 1. quod dependens cum incurvatione linguæ mucro figuram literæ *Jod* exhibeat, atque ſpiritus eâdem hîc figura prodeat, prout in efformatione vocalis *Chirek* natura requirit: 2. quia delabente lingua ita diſponitur Os noſtrum prout diſponi ſolet, cum quis pronunciare vult *literam M*; quod autem ad imum usque tunc deſcendat lingua, denotare videtur vocalis *Sægol*, quæ pronunciari non poteſt niſi ad imum deducto ore. 3. *Litera Lamed* in figura τȣ̃ Gimel occultatur, ſub protenſione ventris & incurvatione dorſi linguæ: atque hæc Litera linguam ſimul in eum deducit locum, à quo fieri debet initium actionum ad ſequentem literam pertinentium; quamvis illa eodem etiam deducatur, continuando aſcenſum ex imo, in fine literæ inchoatum: unde evidens eſt harum literarum connexio. Ipſum Nomen deſignare dicitur *Camelum*, juxta alios *retributionem*; de vulgari ratione appellationis verò videri poſſunt alii.

H. Nunc ex icone 4. explicanda venit quartæ literæ *Poteſtas atq; figura*.

M. *Da-*

M. *Daleth* eſt litera muta, lingualis communiter dicta; *poteſtas* ejus eſt in ſono τȣ̃ D. In ipſius efformatione lingua ad radices dentium atque gingivarum ſuperiorum premitur, mucrone aliquantum elevato, factoque in parte anteradicali quaſi angulo recto. Cumque, illa reſiliente, ſpiritus à dentibus repercuſſus non niſi ſub linguam refugere queat, fieri neceſſe eſt, ut hic non minus, quàm in duabus præcedentibus, *duritas* quædam ſubnaſcatur; quæ tamen ſi linguæ, ut in ſyncipite figuræ n. 1., in actu primo, tantus non ſit impetus, ut mucro proptera incurvetur, naturaliter perit; unde *lenius* proferri dicitur litera.

H. Quare à Priſcis hæc litera *Daleth* appellata eſt, & quomodo ex hoc nomine deducitur ordinis connexio?

M. Lingua ad palatum quaſi in lineâ rectâ extenſa, ob preſſionis impetum his in partibus inflexionem aliquam patitur, oriſq; apertio tum analoga eſt aperturæ τȣ̃ *Kametz*: Angularis incurvatio linguæ ad formam τȣ̃ *Lamed* aliquâ ratione accedit; Vocalis *Segol* ex altera oris apertura prodire poſſet, ſi illa hîc formanda eſſet: *Thau* autem occurrit in preſſione partium linguæ anteriorum; atque occaſio-

caſionem oſtendit, quomodo proceſſus fiat ad literam ſequentem. Quia enim Os cum linguâ ex deſcenſu in quietem redire neceſſnm eſt, interea talis in ipſo oritur partium ſitus, ut litera He commodè queat incipi. Nomen Daleth explicatur per *Oſtium.*

H. Jam ſequitur litera 5. cujus *poteſt.us & figura* ex icone 5. quærenda erit.

M. *He* eſt litera Gutturalis aſpirata, quæ viam ſuam ex aëre petit, ſuamque energiam exhalando oſtendit. In formatione ejus linguæ ſitus eſt, ut figura habet; in media nempe exaltatione protenſa, eaque expiratione facta, ad quietem iterum tendit, & cum aliquali oris dilatatione deſcendit: atq; ita figura literæ, ex elevatione & deſcenſu linguæ componitur.

H. Quare Priſcis hîc placuit uſurpare nomen *He*, & qua ratione illud dicendum eſt promovere connexionem hujus literæ cum ſubſequenti?

M. Cum lingua delabitur, atque os aperitur, talis eſt menſura aperturæ ejus, qualem requirit vocalis *Zere*. *Aleph* adjectum videtur propterea, quod cognatione ſpecificâ huic literæ ſit affinis, eſt enim gutturale ut

iſta,

iſta, & ſicut influxus ejus ad omnium literarum formas requiri videtur, ita nullibi rectius quam hoc in loco accommodari potuit. Cum igitur os apertum fuit, neceſſum eſt, ut ad requiem tendens iterum claudatur; atque tum lingua quoque ſenſim elevatur, & idonea fit ad productionem literæ ſequentis. Nomen ipſum hujus literæ non eſt niſi particula demonſtrativa, idem quod *Ecce*, vel *Hæc* denotans. Videtur autem in illâ myſtica quædam ſignificatio generationis occultari :omnia enim animantia, fervore libidinis agitata hujus quaſi literæ ſonum anhelando producere videntur; & propterea factum eſſe probabile eſt, quod *hæc* impoſita ſit nominibus *Abrahami & Saræh*, & non alia, quia ex illis generari debebant multi populi.

7. Ubi inſeritur, quare litera He inſerta ſit Nominibus Abrahæ & Saræh.

H. Quomodo *figura & poteſtas* literæ *Vav*, quæ ſexta eſt, ex icone 6. cognoſci poteſt?

M. *Vav* eſt litera muta, & medium habet ſonum inter F & W. Lingua in ipſius productione admodum exaltata eſt, & anterius ad modum uncini incurvatur, quia paululum verſus palatum premitur; absq; exceſſu tamen: & tum ſonus ejus obſcurus aliquantum & quaſi moribundus eſt. Leniori illa

illa preſſurâ remittente lingua ad quietem redit, ſed quaſi debilis & admodum enervata.

H. Quare nomen *Vav* ipſi inditum eſt, & unde potiſſimum elucet ejus cum ſequenti connexio?

M. *Litera Jod* analogon quid invenit in curvatura mucronis; ultimum *Vav* autem ex leni aſcenſu oris exculptum eſſe videtur, deſcenſusq; linguæ fit ad talem aperti oris menſuram quam requirit vocalis *Kametz*. Nomen ipſum *uncinum* deſignat. Cum autem os apertum leniter iterum ad quietem tendit, tum partes ejus talem adipiſcuntur ſitum, ut ex iſta litera Mortis ſubſequens litera Reſurrectionis commodè naſci queat.

H. Cùm ex prolixiori iſta præcedentium literarum deſcriptione facilè appareat, quomodo Natura in formatione ſanctorum horum characterum colluſerit; in poſterum contentus ero, ſi omnia brevius tantum proponantur: Ad ſeptimam igitur iconem converſus, de ſeptima quoq; litera paululùm informari cupio.

M. *Dſain* ſemivocalis eſt ex earum numero, quæ dentales communiter dicuntur, *poteſtas* ejus in leniori ſibilo, qualis eſt literarum ds, conſiſtit. Lingua in conformatione ejus tremula eſt, inque tremore iſto mucro-

cronem ſuum ſuperioribus dentibus leniſſimè admovet: hæc omnia autem ſitù planè erecto fiunt, quoad partes exteriores, ut mucro etiam aliquantò profundiùs dependeat, quàm in litera Vav; poſterior autem medietas plana in ore extenſa jacet. Tremore illo allidente finito, natura monet, ut à palato atque gingiva lingua iterum deſcendat, ad locum quietis; unde & os iterum clauditur, & omnia majus acquirũt robur beneficio quietis illius, atque hinc idonea fiunt organa, ad producendam vehementiorem illam literam Chet, quæ ſequitur. Priſci hîc Nomine *Dſain* uſi ſunt, quia hujus Nominis partes in ipſa figura iſtius characteris deprehendi poſſunt, prout pictura docet: Mucro enim linguæ habet formam literæ *Jod*, caput verò corpusque literæ *Nun* non ſunt abſimilia: Apertura oris quoque hoc loco fit juxta dimenſionem vocalis *Patach*. Nomen autem hoc communiter per *telum vel arma* exponitur.

H. Jam ad literam octavam accedo, cujus natura icone 8. explicatur.

M. *Cheth* eſt litera gutturalis vehementior, quæ ſub formâ duplicatæ aſpirationis effertur craſſiori anhelitu. In efformatione illius totum fermè

fermè corpus linguæ firmiter applicatum eſt palato, ſuperiori tamen facie aliquantum incurvatâ, ut exhalatus aër ſuam ibi aſpirationem commodiùs producere queat: finito hoc actu, mucro cum impetu celeriter delabitur, & quia os hac occaſione quoque apertum manet, natura, quæ tandem quietem intendit, illud leniter claudit, hanc verò parum elevat, unde omnia ad inchoandam ſequentem literam præparantur. Antiqui propthereà hanc literam nomine *Cheth* appellaſſe videntur, quia mucro linguæ ſimilis eſt literæ *Jod*; applicatio autem linguæ ad ſuperiora cum ejusdem deſcenſu cum literâ *Thav* conveniunt, unde ſimul occaſio naſcitur demonſtrandæ connexioni. Deſcenſus linguæ aperturam oris refert juxta dimenſionem vocalis *Zere*, quæ media fermè eſt vocalium omnium. Nomen Cheth communiter vertitur per *beſtiam viventem*.

H. Quomodo ex icone 9. intelligi poteſt Natura literæ nonæ?

M. *Theth* eſt muta ex iis, quæ linguales vulgò audiunt, exprimiturque per T. puriſſimum. Lingua hoc loco gingivæ dentibusque ſuperioribus contranititur, ore fermè immoto, unde juxta axiom. 6. retrorſum cedere cogitur, ad querendam

dam lineâ rectâ quietem: cum autem illa eodem in loco non inveniatur, neceſſum eſt ut lingua, naturâ ducente anteriora iterum petat, unde occaſio ipſi enaſcitur ad inchoandam ſequentem literam. Priſci in motibus iſtis videntur inveniſſe partes quasdam illius vocis, qua nomen ejus exprimitur: Dum enim antrorſum vergit lingua, litera *Jod* in ipſius mucrone apparet; & quia ad ſuperiora dentium etiam hîc applicatur pars ejus poſt-mucronalis, facilè apparet, quare litera *Thav* ultimo loco adjecta ſit. Apertura oris ad dimenſionem vocalis *Zere* quam proximè accedit. Ipſum nomen aliqui per *declinationem*, alii per *volvulum* explicant.

H. Jam accedimus ad iconem 10. qua explicatur natura literæ decimæ, quæ *Jod* appellatur.

M. *Jod* eſt litera palatina, quæ ſonat ut jot conſonans latinorum, cum quadam nimirum aſpiratione, riſui quadantenus analogâ; Atque hic tota ferè lingua in ore decumbit prona, & prima ſaltem ſui parte erigitur verſus palatum & dentium ordinem ſuperiorem; ubi tamen aliqua quaſi crena, expirantem, cum analogia ſibili, transmittit anhelitum. Mucro paululum dependet, & quia illius

illius ferè ſolius energia hîc cernitur, ideoque abſciſſus etiam atque à reliquo corpore ſolutus depictus eſt. Quia etiam leniſſima eſt ejus actio, nec magno impetu ad varia rapitur, ideò, eodem in loco commoditas enaſcitur, ſequentem literam inchoandi. Antiquis in hâc literâ placuit nomen Jod, quia lenis illa linguæ exaltatio literam *Vav*, ejusdem verò ad anteriora applicatio literam *Daleth* repræſentare videntur: Apertura autem oris ordinaria, menſuræ vocalis *Cholem* analoga eſt. Significatio Nominis diverſa eſt, juxta quosdam enim Jod idem eſt ac *manus*, juxta alios, idem ac *principium*.

H. Quomodo ex icone 11. addiſci poteſt natura literæ 11?

M. *Caph* eſt litera muta, ex iis quæ palatinæ dicuntur; ſonus ejus accedit ad K, ſed lenius; ſi cum G duriuſculo conferatur, fortior eſt. Lingua hoc loco firmiter palato ſeſe applicat, ideoque mucro profundiùs dependet; & quia vis preſſionis ſatis eſt magna, neceſſum eſt, ut linguâ reſultante os paulò latiùs diducatur; donec illa prono ſitu in loco ſuo quieſcat. Ubi tamen notandum, quod linguâ revulsâ, ſpiritus ad ſuperiora dentium alliſus reverberetur ſub linguam, unde paululum *indureſcit* ſonus li-

nus literæ, qui *lenior* eſt, ſi lenior ſit linguæ actio, prout n. 1. in figuræ noſtræ ſyncipite apparet. His peractis Os atque lingua ut ad plenam quietem redeant paululum porrò aſſurgunt, & inde ſitus exoritur, quo litera ſequens gaudet. Antiqui huic characteri nomen Caph impoſuerunt, quia os non ultra menſuram vocalis *Pathach* aperitur; & oris in fine actionis recluſio analoga eſt formationi *literæ Pe.* Significatio nominis *cavum* aliquod quale eſt *vola*, exprimere dicitur.

H. Quid ex icone 12. de litera 12. ejusq; natura addiſci poteſt?

M. *Lamed* eſt liquida lingualis, quæ per L commune effertur. Lingua in elaboratione ejus in altum erecta palato contranititur, ut mucro ejus ob impetum figuram quaſi clavatam accipiat, & quia extenſio ejus adeò in longitudinem protenditur, fieri non poteſt, quin antè & retrò curvaturæ exoriantur. Cum avulſa eſt lingua à palato, & deorſum prolapſa, neceſſum eſt, ut ex imo illo loco ad quietem ſuam reſurgat, unde commoda fiunt omnia ad efformationem literæ Mem inchoandam. Antiqui, ut videtur, diverſas compoſitionis hujus partes diverſis literis uno nomine Lamed comprehenſis ex-

primere voluerunt. Nam quia lingua delabitur & iterum rotunda quaſi reſurgit, analogiam literæ *Mem* repræſentare videtur; *Daleth* verò ex preſſura deſumtum eſſe poteſt. Dimenſio oris in actionis initio, vocalem *Kametz* ſequitur; in fine, dum in imum usq; ſeſe extendit violentia, menſura vocalis infimæ *Segol* expreſſa eſt. Nomen ipſum ſignificare dicitur *doctrinam, alii ſtylum* eſſe volunt.

H. Quodnam eſt argumentum iconis 13. & quomodo ex illa literæ 13. naturam indagare licet?

M. *Mem* eſt muta labialis: ſonus ejus in recluſo obſcuroq; aliquo murmure conſiſtere cenſendus eſt, & ex communi litera M facilè dignoſci poteſt. Lingua palatum leniter attingit, prout & labia ſeſe leniter exoſculantur: inde deſcenſus fit ad inferiora, ad quem neceſſariò oris apertio requiritur; ſed cum nullus adeò impetus urgeat, organa mox quietem repetunt, unde congrua oritur occaſio ſequentem inchoandi literam. Figura igitur literæ hujus formatur ex *aſſurgente paululum, deſcendente, & reſurgente* lingua. In fine vocum figura ejus immutatur, quia tunc unà cum lingua quoq; mutatur oris commotio, quippe cujus finis eſt concluſio labiorum: prout figura illa viderì

videri poteſt n. 1. in ſyncipite imagunculæ noſtræ. Antiqui hanc literam nomine Mem inſigniverunt, quia deſcenſus linguæ dimenſionem vocalis *Zere* imitatur, & tandem os *clauditur* prout clauſum fuerat initio. Nominis ſignificatio diverſimodè traditur, quibusdã dicitur eſſe *macula*, alii explicant, per *ex ipſis*, quaſi ſenſus naſcendi ibidem ſubintelligeretur: Et ſi quis aliquantò exactius ad myſticam ejus ſignificationem reſpicere velit, præſertim quatenus finalis eſt, ubi os noſtrum ſpiritu & quaſi ſemine vivo repletur, facilè animadverti poſſe videtur aliqua harum rerum analogia: per ipſãm enim omnis *multiplicatio & pluralitas* indigitatur, & tum figura ejus clauditur, tanquã prægnans aliqua Mater, quæ virtutem ſui *multiplicativam* utero ſuo firmiter incluſit.

H. Mallem, ut ſepoſitis myſticis iſtis ſimpliciùs de natura figurarum ſermo nobis eſſet; ideoq; ex icone 14, de litera *Nun*, quæ decima quarta pariter eſt, jam quærere inſtitui.

M. *Nun* eſt litera liquida lingualis, cujus ſonum vulgare omnium linguarum N refert. In ipſius efformatione tota medietas linguæ poſterior quieſcit, & prior ſaltem ad modum ſerpentis erecta extat: Et iſta quidem contranititur ſuperiori

riori gingivæ, ut mucro quaſi clavatus fiat: Remittente impetu lapſum ſequi neceſſe eſt, & tunc ſimul os aperitur; tandemque ex imo fit reditus ad medium usque oris vacuum, ubi apta fit ad inchoandum ſimplicem illam humilemq; literam Samech quæ ſequitur. Antiqui nomen Nun adhibuiſſe videntur, quia tota figura linguæ literæ *Vav* non eſt abſimilis,& prima oris apertio dimenſionem vocalis *Schurek* non excedit; tandem quoque *Nun* finale ex ipſo charactere fluit. Dictio autem ipſa ſignificare dicitur *Prolem*, aliis idem eſt ac *ſempiternum*.

H. Qua ratione ex icone 15. natura literæ *Samech* elucet?

M. *Samech* eſt S. lenius, ſemivocalis nempe ex dentalibus ſibilans. Lingua applicat ſeſe ad gingivam ſuperiorem, ut mucro, illius ordinis dentes contingat, ita tamen ut iidem non planè contegantur, ſed per canalem quaſi, in lingua expreſſum, anhelitu è gutture expirato leniter feriri queant: Sicut autem debilis eſt ſaltem ſtatus iſte linguæ prior, ita paululum quoq; illa in deſcenſu movetur, & leniter admodum, ſurſum tendente mucrone, incurvatur. Et quia tum in debilitate jacet atque velut in morte, tunc commoda exoritur

tur occaſio ſequentem formandi literam. Antiquis hoc loco nomen *Saynech* placuit, quia primo motu os non ultra menſuram vocalis *Kametz* aperitur; *Mem* ob lenem aſcenſum & deſcenſum adhibitum eſſe videtur, quanquam certum eſt, Mem finale & Samech figuris parùm differre. *Reliquæ nominis partes* viam ſternere videntur ad ſubſequentis literæ productionem. Significatio nominis Samech quibusdam per *adjutorium, aut fulcrum* aliis per coronam exprimitur.

H. Quid tradit icon 16. de litera *Ajin* decima ſexta?

M. *Ajin* eſt litera A gutturalis, aut pectoralis potius, prout primum A orale potiſſimùm eſt; ſonus ejus eſt veluti ægrotantium, quibus nulla amplius in ore reliqua eſt virtus. Ideoque lingua tanquam infirmata in ore prona extenditur, non ſine illius apertione inſigniori. Finita autem, ut ita loquar ægritudine, homini ſpiritus atque robur reſtituitur, adeò, ut pars poſt-mucronalis, reliqua linguæ medietate in ſitu ſuo relictâ, erigi queat. Atque tum paululum incurvatur mucro ejùs ad formam literæ *Jod* verſus dentes, cæterum autem ſtatura ejus quoad partem quam dixi anteriorem, à figura τȣ̃ *Nun* parùm

differt; quod quaſi novam deſignare vitam videtur. Vocalis *Patach* jam dictis literis in iſto nomine adhibita eſt, quia juxta ejus dimenſionem primo actu os aperitur; *Chirek* autem menſuram ſuam tum accommodare videtur ori, cum lingua reſurgere cœpit. Tandem ad quietem iterum tendentibus omnibus manifeſta in organis exoritur aptitudo ad inchoationem literæ Pe ſequentis. Nomen Ajin *fontem vel oculum* ſignificat.

H. Quomodo addiſci poteſt natura literæ 17. ex iconiſmo 17?

M. *Pe* eſt muta labialis, durisſima ex illis, quæ hoc nomine veniunt; poteſtatem ejus ex vulgari litera P. colligere poſſumus; & *cum hac illæ literæ, quæ ſequuntur, majus acquirere robur videntur, ut propterea quaſi maſculo quodam & virili robore præditæ appareant*, usque ad Alphabeti finem. Figura ejus hinc oritur, quod lingua usque ad partem anteradicalem ſummo palato applicata ſit, & ita quidem, ut anterius retrorſum ſeſe inflectat; ubi ſimul labia fortius comprimuntur quam in litera B. unde quoque reſultante è ſummitate lingua, *Spiritus* à dentium ſuperiorum ordine ſubter eandem *repercutitur*. Solutione à palato cum impetu facta, deſcenſus ita per na-

turam

turam dirigitur, ut aliquantum ſit ad ſuperiora regrediendum. Antiqui hoc loco uſi ſunt nomine *Pe*; quia obſervaſſe videntur deſcenſum organorum ultra menſuram vocalis *Zere* non extendi. *Aleph* in fine actionis ſuo more immiſceri videtur, & ſimul commoditatem præbet connexionis. Cum vis prima linguæ tanto impetu ad ſumma non fertur, figura *lenioris literæ* talis exoritur, qualis in ſyncipite iconis n. 1. expreſſa eſt. Nomen Pe latinè *per Os* redditur.

H. Jam ex iconiſmo 18. de natura literæ *Zade*, quæ decima octava eſt, informari cupio.

M. *Zade* eſt ex dentalibus, quos vocant, validisſima, ſono imitans literam Z vùlgò ſatis notam. In hujus conformatione lingua valdè premit gingivas ſuperiores atq; palatum anteriùs, ad usque poſteriorem ejus partem membranoſam, & quia tantus in hoc conatu eſt impetus, fieri neceſſum eſt, ut ejus extenſio in longitudinem quoq; adaugeatur, adeò ut ventris pars media aliquantum deorſum verſus inflectatur, & ima partium ultimarum antrorſum prominere incipiant; quibus peractis lapſus ſequitur prout natura requirit. Antiqui hanc literam nomine *Zade* appella-

ruit, quia in flexura angulari inveniſſe videntur analogiam literæ *Daleth* in curvatura mucronis literam *Jod*; in apertura priori diſpoſitionem oris juxta requiſita vocalis *Kametz* menſuratam, & in fine actionum menſuram vocalis *Zere*. Aliàs ſignificatio hujus nominis *hamum* deſignare dicitur; aut juxta alios *juſtitiam*. Connexio ordinis ex regreſſu linguæ ad requiem ſuam reſultat; promoto enim paululum aſcenſu natura literæ Kuph initia ſua oſtendit.

H. Quænam eſt illa natura literæ *Kuph*, quæ decima nona eſt, & quomodo huc facit iconiſmus 19?

M. *Kuph* eſt è mutis palatinis validisſima, habetque poteſtatem duriſſimi K. Atque hîc lingua ſummitati oris coëxtenſa palatum premit, non minus circa partem ejus poſteriorem membranoſam, quam anteriorem duram, mucro autem incurvatus ima oris reſpicit: ſoluto hoc conatu impetus illam deorſum reducit, & quidem ultrà quam par eſſet, unde ſubitò reſurgere cogitur, & tum omnia in eum ſitum deveniunt, quem formatio literæ ſequentis requirit. Antiquis hæc litera dicta eſt *Kuph*, quia animadvertiſſe videntur in regreſſu ex imis linguam aſſumere figuram literæ *Vav* non disſimilem, quæ ſimul

juxta

juxta menſuram vocalis *Schurek* oris aperturam metitur; litera *Pe* autem non ſaltem ex primo circa ſuperiora impetu reſultat, ſed & ex lenta oris concluſione. Nomen Kuph ſignificare dicitur *Circulum*; aut juxta alios *Vocationem*.

H. Quid dici poteſt ex iconiſmo 20. de natura literæ *Reſch* quæ vigeſima eſt?

M. *Reſch* eſt liquida, quæ inter dentales, neſcio quo jure numerari ſolet; poteſtas ejus à canibus cum ringuntur, exprimitur, ad modum nempe τȣ̃ R. Atque tum lingua ſimpliciter in altum ſeſe extollit, mucrone undiquaque libero, palato tamen vicino: ille autem mucro tremorem edit inſignem, & in iracundis præſertim motus ille tremulus quandoque tum fit inordinatus, ut lingua contineri nequeat, cujus poſteriora tum gravia plerumque fiunt & immobilia, atque mox apoplexia ſequitur. Antiquis hæc litera dicta eſt *Reſch*, non quaſi hujus nominis literæ aliquid ad figuram ejusdem contribuerent; illa enim ſimplex eſt admodum: ſed quia vel concatenationem his ipſis indicare vellent, connotatâ ſimul apertione oris, quæ hic analoga eſt vocali *Zere*; vel aliquid myſtici hîc latere arguerent; Videtur enim ſignificatio gene-

nerationis hic iterum occurrere, ad quam cum neceſſaria ſit vita ipſa, hujus nota hoc loco dici poſſet litera *Jod*, quippe quæ vivum illum doloris ſenſum, in parturientibus præſertim, denotat: deinde cum ad generationem vir requiratur, illius nota hoc loco dici poſſet litera *Schin*, quæ ſonum viri ſilentium cum autoritate imperantis, refert; inq; cujus figura primò *Reſch*, deinde *Jod*, & tertiò *Nun* occurrit, quæ ſobolem denotat; huc quoq; vocalis *Zere* accedit, quæ eſt nota riſus puerilis: adeoq; omnia illa, ad ſignificandam generationem, hoc nomine comprehenſa videntur: ſed hæ conjecturæ ſunt. Significatio vocis Reſch dicitur denotare *Caput*.

H. Quomodo ex iconiſmo 21. litera *Schin* ejusque natura intelligi poteſt?

M. *Schin* eſt è ſemivocalibus fortisſima, communiter dentalium numero adſcripta; vis ejus maſcula omninò eſt & virilis, cum ſibilo duriori & craſſo proferenda, ſicut Sch. Hic autem occurrit ſonus quaſi triplex; primus nempe ſuperius circa palatum, ubi ſpiritus ſibilando per elatam cousque linguam prorumpit; Lingua autem verſus gingivam inclinatur, cum quadam analogia ad literam *Jod*; exinde ad inferiorem den-

tium

tium ordinem protrahitur, cum ſimilitudine literæ *Nun*; atq; triplex ille linguæ ductus, una tamen actione perficitur. Si ſibilus *lenior* eſt mucro linguæ non ſurſum ſed deorſum reſpicit, prout in ſyncipite imaginis n. 1. apparet. Quia ergò actio à ſummis inchoata in imo ceſſavit; neceſſum eſt, ut organa ad quietem tendentia iterum paululum aſcendant; atque inde fluit hujus literæ cum ſequenti ultima connexio. Antiqui hanc literam *Schin* appellarunt, quia omnes hujus vocis literæ in figura ejus extant, & os noſtrum in deſcenſu aperitur juxta dimenſionem vocalis *Chirek*. Nominis ſignificatio *dentem* denotat.

H. Jam ad ultimam tandem literam accedimus, quam iconiſmus 22. exhibet; quid igitur de hujus natura ſciendum eſt?

M. *Thau* eſt litera dentalis, poteſtateſtate T. medium exprimens nim. inter Daleth & Theth. Lingua hìc à partibus palati poſterioribus antrorſum premit duriorem ejus potiſſimùm partem, & mucro, quia preſſura tam fortis eſt, incurvatur ſurſum verſus dentes ſuperiores, inde ſumma vi inſtar fulminis delabitur, adeò ut ad quietem redituræ iterum aſcendendum ſit. In revulſione ejus ſpiritus ad

deates appulſus ſubter illam reverberatur, unde literæ accedit aliqua *durities*, quæ tamen, ſi actio prima ſit lenior, admodum *mitigatur*, ut ſonus literæ medius quaſi evadat inter S lene & T durum, & paululum durior ſit S. blæſo. Unde Judæi Germani, qui medium tenere nequeunt Thav raphatum pronunciant ut S, Luſitanis quaſi è diametro in hoc oppoſiti, quippe qui nullam planè in ejus pronunciatione obſervant differentiam: figura literæ lenioris in ſyncipite imaginis n. 1. exhibetur; atque exinde cuilibet facilè erit verum controverſæ hujus literæ ſonum invenire. Antiquis hæc ultima litera dicta eſt Thav, i. e. *limes* juxta quosdam; juxta alios *ſignum*, idque rectius: in iſto nomine *Kametz* adhibetur, quia primus oris in formatione iſta ſitus, menſuram illius vocalis exhibet: literæ *Jod* analoga eſt curvatura mucronis; & quia nihil reſtat amplius, cum quo iſta litera connectatur, mirum non eſt, nomen ejus finitum eſſe litera *Vav*, quæ mortis atque quietis ſymbolum eſt. Aliàs hæc litera apud omnes fermè Nationes *executionem mandati* deſignat; unde & ultimum nacta eſt locum.

Jam dicendum quoque aliquid eſſet de 5. *literis finalibus*, quæ à Judæis

inter

inter numerorum ſigna adhibentur; quam ob cauſam etiam inventæ eſſe videntur : ſed hoc loco ſtudiò illas præteribimus.

H. Jam nihil ergò reſtat, quàm ut Vocalium quoq; natura breviter conjunctim explicetur. 8. *De formatione Vocalium in genere, è diverſa oris atq; dentium apertione.*

M. Iconiſmus 34. *quinq; vocalium ſonos* exhibet juxta diverſam oris noſtri apertionem; quæ tam neceſſaria eſt ſingulis, ut qui A pronunciat, eadem dimenſione nullam pronunciare poſſit aliam: quæ jam intermediæ ſunt, juxta proportionem ſoni, locum facilè inter has invenire poſſunt: atque tum externam oris conformationem intùs quoque lingua & ſpiritus imitantur. Hîc autem porrò *de Vocalium Nominibus* monendum eſt, quod de iis tanta non habeatur certitudo, quam de Nominibus Conſonantium. Notum enim eſt, Antiquos ſcribendo raro aut quaſi nunquam adhibuiſſe Puncta; unde non tantùm *Pentateuchus Judæorum*, quem in hodiernum usque diem in Synagogis ſuis publicè legunt, punctis ubique caret, ſed Antiqui quoque *Interpretes Græci nempe & Chaldæi*, in verſionibus ſuis, non-punctatis uſi ſunt Exemplaribus, prout illud diverſitas translationum illarum à Textu Hebræo quamplurimis in locis oſtendit. Ad 9. *De Vocalium nominibus atque figuris.*

hæc accedit *Scriptura* Hebræorum antiquiſſima *Samaritanorum* literis exarata, quæ itidem punctis caret. Qui jam antiquitatem punctorum vocalium omni ſtudio defendunt, ulterius progredi non poſſunt, quàm *usq; ad tempora Esdræ*, qui poſt captivitatem Babylonicam Sacram Scripturam, characteribus communibus relictis, Chaldæorū literis deſcripſiſſe dicitur; & id quidem adhibitis punctis vocalibus. Quamvis autem apud antiquos quosdam Cabbaliſtas, e. g. in *libris Zohar & Bahir, nec non in Maſora* atq; alibi quædam inveniantur teſtimonia, quod illis temporibus Vocalium puncta adhibita fuerint; tamen ibidem quoque *alia ſubinde inveniuntur Nomina*, aut certè non omnia quæ hodiè in uſu ſunt. Unde conjectura enaſcitur, quod, licet prædicta omnia veram antiquitatem Vocalium in ſe non ſubverterent, illarum tamen nomina exinde Novitatis argui poſſint, quippe quæ illis demùm temporibus inventa eſſe dicenda erunt, cum verus antiquæ literaturæ ſenſus inter Judæos jam perierat. Ideoq; hoc in loco non niſi *de ſolis Vocalium figuris* ſermo erit: idque etiam cum minori fiducia quàm ſuperiùs factum eſt. Nec enim hoc urgebitur, quod illæ vocalium figuræ ſtatuendæ ſint lite-

ris ſuis coævæ eſſe; quia non eſt abſonum, Vocales olim connotatas eſſe modo quodam alio: ſive id factum ſit per *accidentalem aliquam conſonantium mutationem*, tot modis factam quoties rudis illa & ſimplex primorum temporum pronunciatio mutabat ſyllabas: ſive *per matres lectionis*, literas nempe Aleph, He, Vav, Jod &c. quæ opinio fortiſſima omnium fundamenta habet; nec abſurdum eſt dicere, *Vocales penitùs olim fuiſſe omiſſas*, quia illis, quibus lingua erat vernacula, non potuit eſſe difficilè absque adjectis vocalibus legere. Id ſolummodò hîc intenditur: oſtendere, quod illi, qui has figuras excogitarunt, quicùnque demùm illi fuerint, & quocunque id factum ſit tempore; non usq; adeò à Natura vocalium aberraverint.

Atque ut de illarum formatione in genere aliquid dicatur; quia ad illam non ſufficit (1.) ut *Os* debita menſura aperiatur, prout illud fig. 34. exprimitur, (2.) ut cum eodem *lingua* debitè ſe conformet, (3.) ut *ſpiritus* debito vigore huic quaſi oris atque linguæ modulo infundatur, eademque forma ex ore prorumpat; (prout vigor ille beneficio trutinæ cujusdam, & forma hæc ſpiritûs, beneficio flammæ

can-

candelarum facilè oſtendi poteſt.) Sed (4.) præterea & quidem inprimis requiritur *influxus arcani illius ſeminis* ad ſermonem ſummè neceſſarii, de quo ſuperius actum eſt prolixiùs: hinc probabile fit, Inventores harum figurarum ad hoc ultimum potiſſimùm reſpexiſſe, quia plerasque ex rotundis efformarunt globulis, & *guttulis quaſi, materiæ cujusdam ſeminalis homogeneæ*, puriſſimis: de quibus tamen liberum ubiq; relinquitur Lectori judicium.

10. *De loco formationis illarum.*

Notandum autem porrò eſt Vocales magnas in *ſuperiore* parte oris, parvas autem in *inferiori* ejusdem parte formari.

11. *Ipſa vocalium explicatio ſpecialiſſima proponitur.*

Eſt ergò n. 23. *KametZ* A obſcurum, in cujus productione lingua in ore quaſi cavitatem aliquam aſſumit; os verò non admodum latè diducitur; unde ſpiritus prodit, qui figurâ fermè imitatur linguam ipſam; in tali enim modulo talis effingitur effiguratio.

Zere n. 24. eſt E longum & quaſi duplicatum, quod analogiam habet cum riſu blandiori; initium ſoni ejus eſt circa epiglottidem, finis autem anterius circa ſuperiorem dentium ordinem; ideoque duobus globulis denotatur, qui quaſi transparentes quædam atque ſpirituoſæ, aut igneæ potius,

potius, plenæ tamen bullulæ ſunt, quæ vim ſuam auribus hominum totam juxta omnes partes communicant, ſicut ſpeculum, etiam fractum, omnibus ſuis partibus totam imaginem reflectit; idque fit absque omni diſtractione, quia ſpiritus ille homogeneus eſt undiquaque, ut aqua, hydrargyrum & ſimilia.

Chirek n. 25. eſt I magnum, in cujus formatione lingua convexitatem quandam adepta palato applicatur, ſicut fit in litera Jod: os nondum valdè apertum eſt; átque tum anhelitus à gingiva & dentibus ad linguæ concavum repercutitur, & uno globulo deſignatur.

Cholem n. 26. eſt O longum, in cujus prolatione lingua undique ſoluta erigitur, mucrone ad uncini morem incurvato; nec ad palatum pertingente: Oris apertura tantilla eſt, ut vox aliqua ſubobſcura per linguæ convexum prodeat, quæ deſignatur unico globulo, ſuperiori linguæ parti appicto: atque illa vox ſubtriſtis, ſi mutatâ ſcenâ, ſuperatâque in homine ideâ triſtitiæ, majori ſpiritu prorumpat, ſignum ſummæ lætitiæ fieri poteſt.

Schurek n. 27. eſt U, formaturq; ſitu linguæ fermè eodem, quo Cholem; lingua tamen magis hîc delabitur & ad gin-

ad gingivas propiùs accedit, ita ut iſte ſpiritus à dentibus & gingiva ad linguæ concavum reverberetur, id quod per globulum in illo loco appictum deſignari ſolet; inde jam ſonus quaſi feralis & lugubris prodit; ore nimirum quaſi ſemi clauſo.

Patach n. 28. eſt A clarum, ubi os patentiùs apertum eſt quam ſuperius: lingua directo ſitu prona in ore decū-bit, unde ſonus per lineam rectam deſignatur. Hæc oris apertioipſo nomine hujus vocalis expreſſa videtur?

Segol n. 29. imitatur ſonum literæ ἦτα apud Græcos, ſonumque quaſi vomentis exprimit; os hoc in loco ad imum usque diducitur, adeoque patentisſimum eſt: initium autem ſonorum ab epiglottide procedit, ut globulus ibi depictus oſtendit; & quia mandibula ad imum usque deſcendit, lingua poſteriori ſua medietate elevari incipit, unde à dentibus anterioribus retrahitur, ut inferiores gingivas non attingat, atq; tum anhelitus, quia tantoperè patet arteria aſpera, ad ſummos dentes, eorumq; gingivas alliditur, (unde ibi globulus) atq; deorſum inter linguam dentesq; inferiores repercutitur, ubi tertius globulus habetur.

Chirek parvum n. 30. eſt I breve, quod lingua efformat, cum à ſummi-

tate

tate deorſum preſſa eſt, & mucrone ſuo radices dentium iterum attingit; unde ſonus ipſius admodū acutus eſt.

Kübbuz n.31. eſt ü parvum, Gallico more pronunciandum, cum triplici quaſi ſonitu, quem tres etiam globuli deſignant, quorum primus circa mucronem linguæ & inferiorem gingivam, ore paululum primùm aperto, alter in anteriore dentium parte, ore magis clauſo, & tertius ſupra, verſus palatum producuntur.

Scheva n.32. depingitur duobus globulis, quorum unus in ſumma anterioris palati parte, alter inferius ad imas gingivas exoritur: ſonus imperfectus eſt atq; non plenè elaboratus, quem omni ſitu & motu lingua formare poteſt, unde à quibusdam vocalium vicarius appellatur hæc vocalis, videtur autem quam proximè accedere ad primos loquendi conatus, qui in infantibus obſervari ſolent.

H. Jam ſatis inſtructus ſum de natura literarum atq; vocalium, in ſe conſideratarum; cum autem ad compoſitionem dictionum accedo, illud ignoro, *quare illa fiat à dextra ad ſiniſtram*, & non contra, ut apud nos & alibi fieri ſolet?

12. Cur Scriptura Hebræorum à dextra & non à ſiniſtra incipiat.

M. Quemadmodum homo duas habet manus, dextrā nempe & ſiniſtrā, illam nempe ad operandum, iſtam ad tenen-

tenendum, ita multa alia, in ipſo, membra bina ſunt; quorum tamen ſiniſtrum ſemper infirmius eſt, & fœmininum quaſi; dextrum verò robuſtius & quaſi maſculinum. Atque ita ſe res quoque *in oculis habet, quorum dexter ille eſt qui operatur, ſiniſter verò qui tenet objectum atq; apprehendit.* Unde in iconiſmo n. 36. linea B C. ex oculo dextro B ad objectum C producta, tanquam quæ ad opus egreditur, longior eſt, quam linea C A, ab objecto ad oculum ſiniſtrum reducta; ex quo ſequitur oculum rectum in legendo totũ ſenſum eruere, ſiniſtrum verò velut in quiete jacentem, eundẽ in ſeſe recipere. Quia ergò natura non aliter legere poteſt quam iſto modo, & contrarium naturæ planè adverſatur, ideoque lingua Naturæ hoc etiam quod naturale eſt obſervat, ut nimirum à dextrâ ad ſiniſtram ſcribatur atque legatur. Præterea ſi oculi mei deberent reſpicere verba mea emanantia, aut ipſos motus linguæ obſervare, id certè fieri non poſſet niſi *oculo præcipuè dextro:* unde apparet, ipſam Naturam requirere, ut ſcriptura Alphabeti naturalis non à ſiniſtra ſed à dextra incipiat.

3. *Unde ...onaur* H. Unde autem didicerunt homines non ſaltem juxta naturæ ductum ſcri-

ſcribere, ſed Grammaticam quoque hujus linguæ, certis regulis poſitis, concinnare? *Grammatica perfectiſſima.*

M. Non aliunde, quàm *ex collatione Conſonantium atq; Vocalium omnivariâ*; cognitâ enim naturâ ſingularum, eâdemque cum ſingulis aliis collatâ, difficilè non erit judicare, qua ratione aliæ cum aliis conveniant, atque aliæ ab aliis diſcordent, unde facillimum eſt formare regulas, permutationum præcipuè, ſive Vocalium in vocales, ſive conſonantium in conſonantes.

Colloquium Septimum.

De *Lingua Sancta* in ſe conſiderata, ejusq; perfectione.

H. SIcut, ut ſperamus, jam ſatisfactum erit, ſi non omnibus, tamen aliquibus, introductâ cognitione veri Alphabeti naturalis, quod Hebraicum eſt; ita jam neceſſum erit ut etiam aliquid dicatur de *Lingua S.* in ſe conſideratâ, & quam eleganti ordine illa coagmentata ſit, ſine quo nulla uſpiam inveniri poterit perfectio.

M. Hic

1. *In quo illa potiſſimùm conſiſtat.*

M. Hic neceſſe eſſet, ut poſt declaratum Alphabetum Naturæ quoque proponeretur *Grammatica Naturalis*, (de qua tamen fortè alio tempore;) quia autem de rebus ipſis hîc agere extra propoſitum foret; ideò de linguâ S. quoque parum hîc proferri poterit. Si tamen concluſionis loco aliquid de his quæritur; ſciendum eſt (1.) iſtam eſſe linguæ S. naturam, ut aliquis exercitatior, ex ſola conſonantium combinatione *non adhibitis vocalibus*, verum ſcripturæ cujusdam ſenſum aſſequi queat: id quod à Judæis quotidiè fieri videmus, quippe qui à pueris libros legunt Hebraicos punctis vocalibus plerumq; deſtitutos. (2.) Quia ex præſcriptis ſupra conſonantibus atq; vocalibus, omnes prodierunt linguæ, quotquot unquã in toto terrarum orbe inveniuntur, ſciendum eſt, *linguas confuſas à puriori non aliter poſſe diſcerni, quàm ex eo, quod in hâc literæ radicales ubiq; cum ſummo ordine atq; verè harmonicè concurrant ad compoſitionem dictionum*; in illis verò omnia quaſi cæco impetu ad ſuam confuſionem ruant. Cum igitur hoc ipſo lingua Hebraica à reliquis omnibus diſcernatur; ſperandum eſt fore, ut quicunq; puritatem atq; veritatem amant hoc veluti ſtimulo alacriores facti ordinatisſimam hanc linguam

2. *Quomodo à reliquis linguis confuſioribus differat.*

præ cæteris ardentius amplectantur atq; excolant. (3.) Ut autem ordinatiſſimus ille radicalium ad conſtituendas voces concurſus eò rectius intelligatur, notandum eſt, *unam conſonantem non potuiſſe producere vocem*; ideoq; progreſſu opus fuiſſe. Si igitur aſſumtis *duabus literis*, ex quarum diverſimoda combinatione duæ voces exurgunt, omnes totius linguæ radices conſtitui debuiſſent; factâ duarum illarum conſonantium per omnes reliquas ductione (quarum numerum Hutterus in cubo ſuo connumeratis nempe He mappicato & Sin ad 24. extendit) 600. voces inventæ eſſent: qui certè numerus ád conſtituēdas radices perfectæ alicujus linguæ non ſufficeret. Igitur ulterius progrediendum fuit, adq; unam radicem conſtituendã *tres literæ* aſſumendæ fuerunt: Illæ toties tranſpoſitæ quoties poſſibile eſt, ſex voces producunt, quibus per totũ Alphabetũ ductis (excluſo He mappicato, unde numer⁹ omniũ conſonancium exurgit ad 23.) ſecundũ Hutterũ 13248. radices oriũtur posſibiles, quarum tamẽ actu uſitatarũ idẽ Hutterus tantũ 2117. numerat, (quæ quidem plerumq; æquivocæ ſunt; nunquam a. caſu tales, quia formalia plurium illarum ſignificationum à diligentioribus facilè inveniri poſſunt. Quia ergò numer⁹ radicũ posſibiliũ uſitatũ earundem

3. Quare Radices tantùm è tribus componantur literis,

dem numerum in tantum tranſcendit, ſequitur *tres literas ad unam radicem omninò ſufficere*: unde patet, quomodo conſtitutio linguæ Hebraicæ cùm ipſa vocum natura concordet; quippe in qua ad unam radicem tres quoque ſaltem literæ requiruntur. Et ſex quidem illæ variationes primæ uno intuitu ab homine facilè comprehendi poſſunt, præſertim ſi ille paululum in talibus fuerit exercitatus; unde apparet, quàm facilè ſit, ut aliquis totius hujus linguæ cognitionem ſibi acquirat.

4. *Et cur non plures ibi aſſumantur literæ.*

H. Annon autem progreſſus fieri potuiſſet ulterius, ut ad unam radicem 4. 5. 6. 7. *aut plures literæ* aſſumerentur?

M. Neutiquàm: Hinc enim immenſa planè radicum ſumma exurgeret. *Quatuor* enim literæ 24. transponi poſſunt, prima vice; *quinq;* centies vices; *6*, 720cies, *ſeptem* deniq; millies quadragies, quæ ſummæ per totum Alphabeti ordinem variatæ inexplicabiles radicum copias producerent. Quia autem nulla omninò lingua reperitur, quæ non aliquot millibus radicum abſolvi queat, quid quæſo tot millenæ myriades reliquæ prodeſſent? aut quo jure has potius radices ad uſum revocarent homines quam cæteras? cum omnes ex una

tantum

tantum radicalium transpoſitione originem trahant? Ex his omnibus igitur firmum deduci poteſt argumentum, *quod Lingua Hebraica ſola & unica ſit illa, quæ cæteris confuſis omnibus opponi queat*, illisque & nobilitate & utilitate præponderet. Jam igitur nihil reſtat amplius, quam ut paucis oſtendatur, quanam via quis ad verum vivumq; totius hujus linguæ intellectum pervenire queat. Ut itaq; hoc debito ordine fieri posſit, optimum omninò videtur, *ut aliquis ad ipſam Scripturam Sacram confugiat*: quia enim illa à Deo ter Optimo Maximo hominibus propoſita eſt, ut ſanctisſima ejus voluntas in eadem inveniatur atque agnoſcatur, fieri non poteſt, quin omne hoc quod quæritur, ſimplicisſimè atq; ad vivum ibidem inveniatur.

5. Qua ratione quis ad verum ac genuinum illius linguæ intellectum pervenire queat.

H. Quam multi autem Scripturam S. non ſemel pervolverunt, nec unquam tamen convicti ſunt tale quid in ea inveniri?

M. His reſpondere poſſem, me tempore cæcitatis meæ in eadem fuiſſe opinione; imò ne per ſomnium quidem unquam vidiſſe, quod in eâdem natura verarum literarum inveniri poſſet; quo in caſu tamen jam meritò rideri ab omnibus poſſem, qui vident, quod ſingulæ totius S. tex-

tus literæ, nullâ exceptâ, ſuam vitam & habeant & demonſtrent, nec aliter facere poſſint.

6. Et quomodo ille in S. Scriptura ſe præbeat conſpiciendum.

H. Quomodo autem *vivus ille Scripturæ intellectus* ſe præbet conſpiciendum?

M. Hîc obſervari poteſt, quod ibidem primò *naturales illæ vivæq; literæ* extent, ex quarum figura ipſa pronunciatio facilè formari poteſt: ex illis deinde *voces* componuntur, quarum ſignificatio eundem, qui juxta ſuprapoſitum Alphabetum naturam ipſius linguæ paulò exactius cognovit, non diu latere poteſt. Illæ voces *præfixis atque ſuffixis ſuis adeò* ſunt limitatæ, ut ex univerſali ſuo ſignificatu his ipſis accuratè ſatis ſpecificentur: cum quibus ſi naturales ubiq; ſententiarum *inciſiones atque diſtinctiones* conferantur, atq; ſingula aliquoties diligenti ruminatione repetantur, tunc accidit, ut in homine ſenſim *viva quædam imago atque idea ipſarum rerum* generetur, quæ per viva illa verba eorumque congruam ubique ſyntaxin, tam concinnam atque vivam adipiſcitur harmoniam, cum tanta activitate atque energia conjunctam, ut tandem *in ipſam vocem* erumpat, vitamque ſuam, quæ antea in animo tantum ceu matrice concluſa erat, pa-

7. Quomodo Idea illius per vocem erumpat.

lam.

lam præbeat conſpiciendam. Cum deinde *hæc idea iterum in aures autoris ſui relabitur*, non aliter fieri videmus, quam ſi mater aliqua propriam ſobolem in ſinum ſuum recipiat, unde tantum exoritur gaudium, ut majus ſemper majusque homini accedat robur & facultas largior progrediendi ulterius. Nam prorumpens iſte vivusq; Scripturæ intellectus non aliter ſe habet, quam *cum idea Iræ* in aliquo ita invaleſcit, ut vehementibus atque penetrantibus verbis in ſcenam quaſi proruat: tum enim genuinus verborum horum ſenſus à quovis quam facillimè intelligi poteſt, nec facilè invenietur aliquis, qui voce fictâ ſimile quid præſtare queat, quamvis omnes hiſtriones, atque mimi omnes ad id contendant nervos. Atque *ita Amor quoque* viventem in ſe Ideam, naturalibus planè & quaſi faſcinantibus verbis depingere poteſt, quæ ſuam imaginem tam exactè referunt, ut nuda illorum veritas tam facilè à ſimulatione quavis diſcerni queat, quam facilè privignus à filio patriſſante diſcernitur. Hîc enim verum eſt, quod vulgò dicitur, *quod ex corde provenit, corda etiam repetit*, cum quod ex capite ſaltem, immaturo partu, editur, contradicentes plerumque inveniat quam

8. Et quid vox illa in auribus illius hominis loquentis operetur.

9. Exempla quomodo viva aliqua vox à ficta diſcerni queat.

plurimos. Simile quiddam *in verè afflictis atque mœſtis* apparet, quibus dolor quaſi ipſe ex ore proloquitur, ideamque ſuam tam exactè repræſentare poteſt, ut multa non ſit opus difficultate, ſi quis tales diſcernere velit à mendacibus. Ita, inquam, res etiam ſe habet, cum ſemel conceptâ animo ſenſus ſacri ideâ: unde homo illius beneficio gradatim quidem, ſed propriè tamen ad *perfectam veritatis cognitionem* pervenire poteſt, ut ab articulo quaſi ad digitum, à digito ad illius motus varios, ab his ad manum ipſam, & tandem, per hunc modum, gradatim ad totum integrum perveniat. Et in tali ordine vita quædam atque vis ineſt; cum ex adverſo, *qui ſine mente, aliorum tantum verba evomunt,* illarum avium inſtar, quæ humanam vocem imitari diſcunt, quia ab ipſa re nullam habent impreſſam ſibi ideam, non niſi gelidos & mortuos pariant fœtus. Atque eo ipſo ſimiles ſunt illis *meſpilorum ſurculis*, qui inverſo ordine, qua parte tenuiſſimi ſunt trunco ſuo inſiti, cum progerminarunt è loco ſuo naturali abſcinduntur, atque ita pedibus quaſi in altum protenſis, ſuccoq; per caput attracto fructus proferre dicuntur ſemine ſuo naturali atque nucleis carentes: non poteſt enim fieri, ut genera-

10. Et qua ratione quis hoc modo ad veritatem perducatur.

11. Qualis ſit differentia inter vocem vivam & aliam imperfectam, deque iis, qui ſaltem aliorum verba imitantur.

neratio tam perverſa, *vivum aliquod ſemen* oſtendere queat.

Antequam ultimam rei manum adhibeam, dicendum quoque aliquid eſt *de ipſis Hebræorum accentibus*; ut cum, illos apud Antiquos in uſu non fuiſſe, perſpectum fuerit, cauſa ſimul pateat, quare ſupra à nobis nihil de illis ſit propoſitum. Primò enim Grammatici certant & adhuc ſub judice lis eſt, *quantus ſit illorum numerus*, quia alii viginti alii triginta alii plures alii pauciores numerant; *quæ copia meritò illos reddit ſuſpectos*, cum non tantum omnium linguarum natura quàm paucisſimis posſit eſſe contenta, ſive tonici ſpectentur, ſive diſtinctivi; ſed etiam Antiqui Hebræi brevitatis & paucitatis ubiq; fuerint quam ſtudioſisſimi; ad unam enim radicem *paucisſimas* literas requirũt, omnia Pronomina fermè *paucisſimis* ſuffixis, quam plurimas Conjunctiones atque Præpoſitiones præfixis *paucisſimis* expreſſerunt, *paucisſimas* Declinationes requirunt, & prolixum ſæpè ſenſum *paucisſimis* verbis proponunt: quis ergò ſtatuere vellet, illos in *parte* totius linguæ *ultimâ* tam immoderatâ copiâ uti voluiſſe? Cum illi quoque qui horum Accentuum coordinationem quam exactisſimè & elegan-

12. Tandem de Accentuatione Hebræorum aliquantò prolixius agitur.

legantiſſimè indagarunt, pauciſſimis ſignis diſtinctionum atque conjunctionum contenti ſint, nec ſupra 8. vel novem Characteres requirant, quorum beneficio non ſine fructu textum ſacrum ſufficienter diſpungere ſolent. Et quænam illos coëgiſſet neceſſitas, ut tot ubique adhiberent miniſtros, qui nihil aliud agunt, quam ut connexioni inſerviant, & pergere jubeant legentem ad majorem aliquam diſtinctionem usque; quaſi non ſit naturæ conſentaneum, ut etiam non adhibitis talibus ſignis quis legendo pergat, donec vel ſenſus vel diſtinctio ſubſiſtere jubeat? 2. Si antiquis Hebræis in more fuiſſet poſitum, talia undiquaque per ſcripturam ſuam accumulare ſigna, procul dubio *ſigna interrogationis*, *admirationis*, *interjectionum*, *parentheſeon*, & ſimilia non omiſiſſent, quia nihil magis valet ad genuinam diſtinctionem inferendam: quia autem tam neceſſaria non adhibita ſunt, probabile fit, nulla adhibita fuiſſe. 3. Si quid ejusmodi antiquis notum fuiſſet, procul dubio aliquod etiam horum veſtigium in *literatura Samaritanorum* occurreret: 4. Etiam illæ *linguæ, quæ ab Hebræis ſuas literas acceperunt*, cum iisdem ſimul accentus accepiſſent, ſi illi in uſu fuiſſent tum temporis; quod tamen
non

non factum eſſe Græcorum atque Latinorum antiqua monumenta ſatis luculenter oſtendunt, quippe in quibus nihil planè diſtinctionum ullibi occurrit, ſicut alii id prolixè deduxerunt. Unde & N. T. quod ſine diſtinctionibus accentibusque ac ſpiritibus hodiè (cum Lingua Græca non amplius adeò eſt vernacula) vix commodè uſurpari poſſet, priſcis temporibus iiſdem notulis caruit. 5. *Linguæ illæ, quæ non tam filiæ quam ſorores Hebrææ dici poſſunt*, aliquid vel olim habuiſſent vel adhuc haberent, his accentibus analogon; quale tamen nec olim apud Chaldaicam, nec in hodiernum usq; diem apud Arabicam vel Syriacam invenitur. 5. *In Talmude*, ubi nihil fermè omiſſum eſt, quod ad Judæorum Antiquitatem ſpectare poteſt, non tam altum eſſet de iſtis nominibus figurisque omnibus ſilentium. 7. Quia in iſtis minutiis variare quam maximè ſolent lectiones, aliquod horum exemplum etiam in *Keri & Ketibh* occurreret; quod tamen non fit. 8. *Doctisſimi etiam Patres, quales fuerunt Origenes & Hieronymus*, qui linguæ Hebraicæ quàm peritisſimi fuerunt, aliquam eorum habuiſſent cognitionem; quod tamen ità ſe non habet: cum enim Hieronymus de accenti-

bus loquitur, ex verbis ejus manifeſtum ſatis eſt, ibidem tonum vocis adeoque ſyllabæ elevationem intelligi; 9. Quia Judæi gloriam ſuæ gentis ubique quam avidisſimè quærunt, fieri non poſſet, *ut aliquis ex ipſorum Doctoribus* opinionem de novitate Accentuum foveret, niſi à veritate compulſus: cujus rei exemplum tamen in Elia Levita habemus manifeſtisſimum. 10. Judæi omnes *non tam ſanctum haberent exemplar Pentateuchi ſui*, in quo nullus ullibi accentus occurrit; & in eo tamen tantus eſt ipſorum Zelus, ut tale aliquod volumen, ubi pauca quædam puncta exſcripta mox tamen eraſa fuerint pro profano habeant. Et talia volumina, teſte Alvario Semedo, etiam apud Judæos Sinenſes in uſu ſunt, qui tamen, quia nec de Chriſto nec de Judæorum nomine ipſis aliquid innotuit, (cum Iſraëlitas ſe dicant) adhuc ex reliquiis abductarum decem tribuum videntur eſſe. Si quis autem dicat, cantica ſacra olim in templo ſine notis Muſicis cantari non potuiſſe; eamque cantandi artem etiam ſine notis Muſicis propagari non potuiſſe; cumque de ſignis muſicis aliis nihil hactenus innotuerit, probabile eſſe *hos accentûs fuiſſe notas illas Muſicorum priſcorum*: Hæc certè nullo omninò nituntur
fun-

ſundamento : quia enim, ſatentibus omnibus, Muſica Veterum inter res omninò deperditas numeranda eſt; quomodo probari poterit iſtas fuiſſe illius notas? cum præcipuè non libri ſaltem Muſici atque Poëtici, qui videntur publicè potuiſſe cantari; nec Moſaici tantùm, qui in Templo & Synagogis ſtatis temporibus legebantur, ſed omnes, etiam Hagiographi, *& in illis quoque iſta capita, quæ nil niſi nomina propria continent,* accentus habeant. Si porrò quis *ad autoritatem Libri Zohar* confugiat, citato ex eodem hoc loco: *Motiones Accentuum per manum Moſis firmatas eſſe*; ille evolvere poterit Bibliothecam Rabbinicam Joh. Buxtorffii P., (qui tamen pro antiquitate accentuum multa aliàs fecit) ubi præſertim in Abbreviaturis loco de R. Simeon Ben Jochai, clarè ſatis oſtenditur, quod antiquitas illius libri tanta non ſit, quantam vulgò putant. Ex iſtis omnibus manifeſtum eſt, *Accentuationem eſſe recentius quid:* quod procul dubio à Judæis quibusdam pio Zelo actis in hunc finem excogitatum eſt (quanquam diu poſt illorum diſperſionem, *quia Karraitæ* quoque accentus non admittunt) ut *libri ſacri*, qui in Synagogis prælegunturs, eò ornatiùs & *quaſi cantillando legi poſſent*; quod enim

vis

vis Muſicæ in illis lateat omnium Judæorum teſtimonio certum eſt : & exinde à Maſorethis poſterioribus ad totum Scripturæ textum appoſiti videntur.

Id tamen negari non poteſt, Autores hujus Accentuationis *majores textûs S. diſtinctiones* (quippe quæ à Judæis, *quibus Deus oracula ſua credidit*, oblivioni penitus non potuerunt tradi, accedente nimirum inſigni illo erga hæc putamina Scripturæ Zelo) ubiq; quam accuratisſimè obſervaſſe; unde *iidem accentus non parum ad genuinum verbi divini ſenſum conferunt*. In iſto quoq; labore *tam elegans obſervatus eſt ordo*, ut ille non omninò pro vano ſit habendus, quia præcipuè illud, quod apud peritos natura monet, pro imperitis eo ipſo tam elegantes notulæ oſtendunt.

CONCLUSIO.

Atq; hoc inter alia eſt illud, quod nuda & ſimplex mihi ſuggesſit meditatio, ſaltem quoad maximam partem, cum in certo quodam loco omnibus privato adminiculis, quæ ad accuratiorem rei alicujus inventæ elaborationem ſunt neceſſaria, præter unicum illud meditandi ſubſidium nihil mihi eſſet reliquum. Tum enim occaſio talia cogitandi mihi naſcebatur è meditatione quadam, qua

mecum

mecum disquirebam , quid faciendum eſſet, ſi vivere me oporteret in Inſula quadam, in qua non niſi homines à nativitate ſua ſurdi, habitarent, ut vitam tamen ducere poſſem cum optimâ converſatione jucundiſſimam. Jam igitur omnia liberrimo cujuscunque judicio expoſita eſſe volo, eique DOMINO, qui os linguamq; poſuit in homine, gratias ago infinitas in omnia ſeculorum ſecula.

SULZBACI
Typis Abrahami Lichtenthaleri.
ANNO M. DC. LXVII.


I
2
3
4
4

Digitized by Google


2
1
2
3
4
4
4


3
1
2
3
4

4




5
1
2
3
4
הֵא


6
2
3
4
4
4
4




7
2
3




8
2
2
2
3
חֵית


ט
2
3
טית


2
3
4
4

II





12
2
3
4
4
4

13






2
3
4
4




5
2
3


16
2
3
4




1
2
3


2
3
4
4
4


2
3
4
4




20
2
3
4


1
2
3
4
4
עין


22
1
2
3
4
4
4





25




26
חוֹלֶם




27
וּ
שׁוּרֵק


גתח


29



30









32





8
I
6
2
4


Digitized by Google


LA
SOL
FA
MI
RE
VT


A
E
I
O
V






35
C
D
A
C
D
B
F
C
D
E
A
R
P
L
O
E
L
K
G
M
M
H


B
A
C

Digitized by Google




C
D
C
D
A
B
F
C
D
E
A
R
P
L
O
E
L
K
Q
G
M
M
H


A
B
C